AMMONIVS
DE DIFFERENTIA
ADFINIVM VOCABVLORVM.

ACCEDVNT

OPVSCULA NONDVM EDITA,

ERANIVS PHILO DE DIFFERENTIA SIGNIFICATIONIS, LESBONAX DE FIGVRIS GRAMMATICIS, INCERTI SCRIPTORES DE SOLOECISMO ET BARBARISMO, LEXICON DE SPIRITIBVS DICTIONVM EX OPERIBVS TRYPHONIS, CHOEROBOSCI, THEODORITI ETC. SELECTVM.

AMMONIVM OPE MS. PRIMAE EDITIONIS ALDINAE ET ALIVNDE EMACVLAVIT ET NOTIS ILLVSTRAVIT, RELIQVA EX CODD. MSS. BIBLIOTHECAE LVGDVNO-BATAVAE NVNC PRIMVM VVLGAVIT

LVDOVICVS CASPARVS VALCKENAER.

NOVA EDITIO CORRECTIOR

ET

APPENDICE NOTARVM INPRIMIS E SCHEDIS L. KVLENKAMPII DEPROMTARVM CAROLIQVE SEGAARII EPISTOLA CRITICA AVCTA.

LIPSIAE,

APVD IOANN. AVG. GOTTL. WEIGEL.

MDCCCXXII.

ILLVSTRISSIMIS
ACADEMIAE LVGDVNO-BATAVAE
CVRATORIBVS,
D. IOANNI HENRICO
COMITI WASSENARIO,

DOMINO WASSENARIAE, OPDAMI, HENSBROEKAE, SPIERDYKI, ZVIDWYKI, KERNHEMI, LAOAE, ETC. ETC. ETC. EQVITI ORDINIS IOHANNITICI, EQVESTRIS HOLLANDIAE ORDINIS MEMBRO SPLENDIDISSIMO, EIVSDEMQVE PROVINCIAE NOMINE CELSIS AC PRAEPOTENTIBVS BELGII FOEDERATI ORDINIBVS ADSCRIPTO, ETC. ETC. ETC.

D. AËTIO VANDER DVSSEN,
BRVNONIS F. I. C.

CIVITATIS DELPHENSIS SENATORI, VIRO CONSVLARI, SOCIETATIS INDIARVM ORIENTALIVM MODERATORI, ETC. ETC. ETC.

D. IOANNI VAN DE POLL, I. C.

CIVITATIS AMSTELAEDAMENSIS CVM MAXIME CONSVLI, ETC. ETC. ETC.

EORVMQVE COLLEGIS,

AMPLISSIMIS, GRAVISSIMIS,

CIVITATIS LVGDVNO-BATAVAE

C O N S V L I B V S,

D. PETRO GYS, I. C.

ETC. ETC. ETC.

D. GERHARDO AEMILIO VAN HOOGEVEEN, I. C.

ETC. ETC. ETC.

D. DIDERICO DE RAET, I. C.

ETC. ETC. ETC.

D. PETRO VAN HOOGMADE,

ETC. ETC. ETC.

NEC NON

VIRO SPECTATISSIMO,

D. DAVIDI VAN ROYEN,

REIPVBLICAE LVGDVNENSI A SECRETIS, ET ILLVSTRI CVRATORVM CONSVLVMQVE COLLEGIO AB ACTIS.

Posteaquam bonarum artium culturam per aliquot annos in Academia patria fueram prosequutus, in Batavam, quam Vos, Viri Illvstrissimi, cum maxime moderamini florentissimam, ante biennium deveni, eo tantum proposito, ut praesentem colerem et observarem, cuius absentis admirator esse a praeceptoribus meis didiceram, et in celebri Magni Viri Alberti Schultensi schola nobilem viam sectarer, et pulcra eruditorum hominum consensione probatam, qua cum ad reliquas scientias felicius, tum ad Sacrae Scripturae intellectum rite atque decenter penetrari posset.

Id autem literarum genus, quocum paulo familiarius consueveram, cupidinem animo iniecit non illiberalem veteres membranas contrectandi, quarum ingens copia, necdum etiam pro meritis vulgo cognita, in Lugdunensi Bibliotheca recondita custoditur.

Metus, quem rei desiderium incusserat, Vestra auctoritate omnis fuit ademptus, et verecunde

roganti thesaurus librarius mox totus patuit. Itaque ego sitim, qua flagrabam incredibili, levare laboravi; occasionem liberali manu oblatam laetus occupavi, et brevi elapsuram oppressi. Nihil habui, quod me a dulci librorum Vestrorum contubernio avocare adeo potuerit.

E multis ut unum nominem, quo nihil olim erat divinius, Homeri scriptum Codicem, egregio excellentis hominis, Porphyrii, commentario illustratum, sedula manu versavisse iuvat. Ad huius bonitatem quoties me converto, mirari subit, ne unum extitisse, qui praestantissimum laborem, araneoso situ squalidum, edaci tempori eripere studuerit.

Huius et aliorum operum, quae necdum sunt in lucem emissa, usurpandorum Vos mihi fuistis auctores, Viri Perillvstres, tanti adeoque beneficii, quo mea opinione maius illi obtingere non potest, qui ad quantulamcunque eruditionis partem adquirendam viam adfectat.

Vestram erga me voluntatem sanequam prolixam saepenumero mecum reputans, quo gratum animum testificarer, nihil reperiebam praeter eam viam, qua Principibus Viris nosmet commendare solemus. Maiora quidem mente agitavi, uti consuevimus fere primulum literarum limen ingressi; postea Ammonium idoneum credidi, in quo tenues ingenii vires periclitarer. Res sic satis ex voto cecidit.

Itaque Ammonium Vobis, Viri Nobilissimi, venerabundus dico atque dedico, cui si quid huius opera accesserit ornamenti, id omne Batava Bibliotheca suppeditavit, atque adeo Vestrum est. Grammaticus is quidem est, sed prae ceteris eruditus, cuius exiguus labor plurima recondit, quae homines in Veterum scriptis quantumvis exercitati penitus ignorarent, si non Ammonius fastidiosae librariorum ignaviae subductus ad nostra usque tempora permansisset. Is tandem est Ammonius, quem aeterna Vestrae Academiae lumina, Scaliger et Salmasius, sua laude non indignum censuerint. Et qua parte illis fuit, Vobis item erit acceptissimus. Quotus enim quisque ex Vobis est, Viri Illvstrissimi, cui non sit exploratum, Romanarum legum originem Athenis esse repetendam, quique non id omne gratus excipiat, quidquid ad laceras Romani Iuris reliquias componendas et illustrandas olim fuit ex Attici fori consuetudine comportatum, et hodiedum ab iis adferri solet, qui in Vestra Sacra caste pedem intulerunt? Inter eos, qui ad hanc rem conducunt, primum sibi locum vindicat Ammonius, vel eam ob rationem dignus, qui in honorificam clientelam suscipiatur, et sub Illustrium Nominum splendore in vulgus prodeat.

Quos propter materiae adfinitatem Ammonio comites adiunxi, Eranius Philo, Lesbonax, et reliqui, nunquam in lucem editi, ubi ad Vos redeunt, pristinum sibi locum recuperant.

Plura et meliora, Vestra liberalitate concessa, seposui, aliquando proferenda, si Optimum Maximum Numen coeptis meis faverit, et per parentis indulgentiam ingenio obsequi porro licuerit.

Interea parvus labor Vobis gratus sit, et si qui postea, aliorum et meo exemplo moniti, Leidensium Codicum usum desiderent, ita, obsecro, cogitatote, GENEROSI VIRTVTIS ET ERVDITIONIS CVSTODES, has opes tum demum celebrari, quum, Vestra auctoritate in aperta luce positae, studiosorum hominum commodis inserviunt. Id unum submisse peto,

ILLVSTRISSIMORVM NOMINVM
VESTRORVM

Dabam Lugduni Batav.
III Idus Octobreis
cIↃIↃCCXXXIX.

CVLTOR PERPETVVS
L. C. VALCKENAER.

LECTORI BENEVOLO

S. D.

LVD. CASP. VALCKENAER.

Ammonii, qui ornatior in publicum prodit, libellus, indigno loco, neque ullo ſuo merito pene abiectus, in hunc usque diem delituerat.

Accidit inopinanti, quum Adverſaria Iſaaci Voſſii verſabam, quae Lugduni ſunt Batavorum, ut varias etiam in Ammonium lectiones offenderem e ſcripto Codice cum cura enotatas. Tum primum Ammonii cognoſcendi invaſit me cupido. Ubi animum huc converti, protinus non vulgares libelli dotes perſpicere occoepi, et praeſtantiſſimi auctoris ſortem leviter dolui, qui cum foedis maculis, quas plerorumque errorum, qui Veterum ſcriptis inſident, procreatrix, inconſulta correctorum temeritas, ſeu veterum librariorum inſcitia invexerant, deturpatus etiamnum iaceret, graviſſimam quoque ab Henrico Stephano iniuriam perpeſſus, dum alii meliuscule habebant, et finitimae materiae ſcriptor, ad huius bonitatem nulla ratione comparandus, Phrynichus commodam doctorum hominum manum dudum fuerat expertus. Neque nupera haec mea erat querela; ante hos centum et ſeptuaginta circiter annos ad hunc modum ſcriptum eſt a Paulo Leopardo in libro X. Emendat. c. VI. *Extat de differentiis utiliſſimus libellus, quem*

quidam Ammonio tribuunt. — Sed dolendum eſt eum tot in locis mendoſum eſſe. quin etiam *in multis eſſe illum prodigioſe mendoſum*, adſeruit XI. Emend. c. xv. Leopardi admonitio adeo quidem neminem commovit, ut operam ſuam publice Ammonio commodare quisquam voluerit. Doctorum hominum labores in Ammonio etiam poſiti, ſed privatis fere uſibus deſtinati, ad noſtram memoriam non pervenerunt, niſi quod Henricus Valeſius ad Harpocrationem ſuas in Ammonium notas uno in loco commemorat. De Ammonio edendo hoc potiſſimum ſeculo cogitaverunt Vir Celeberrimus Carolus Andreas Dukerus, et Ornatiſſimus Emmanuel Martinus. In huius vita, praeter cetera Martini opera MSS. §. 174. Ammonii noſtri verſionem notis et commentariis illuſtratam recenſuit Gregorius Maianſius. De Dukeri conſilio certior factus ex Miſcell. Obſerv. Vol. V. p. 31. poſtea ab aliis percepi, priorem iſtam cogitationem penitus abieciſſe Cl. Dukerum, et gravioribus curis invigilare. Itaque ego pulcrum eſſe exiſtimabam, rem in medio omnium poſitam mihi vindicare, et in Ammonio emaculando iſtius artis, quae pulcerrima iudicatur, periculum facere. Non eram MSS. copia inſtructus, ſine quorum adiumento, quae Veterum ſcriptis admovetur medicina, in multis periculoſa cenſetur: verum tamen ea erant ad manum ſubſidia, quae ſcriptorum Codicum vices in Ammonio emendando ſuſtinere poſſe viderentur. Horum auxilio magnam mendarum partem ſuſtuli; et in Ammonio pluſculos menſes ſubſtiti. Sub huius anni initium eo proceſſeram, ut opellae meae ſpecimen typis deſcribi curarem: deſcriptum ad illos miſi, qui in his literis primarii, et me benevolentia videbantur proſequuti. Hi omnes ex voto reſponderunt, atque, credo, ut ingenuam cupiditatem foverent adiutarentque, etiam perbenigne. Clariſſimum Dukerum ſuper hoc meo propoſito verecunde compellavi. Ex iis, quae ad literas meas perhumaniter Vir Eruditiſſimus

respondit; ea demum cum bona ipsius venia hic deponam, quae ad hunc locum maxime pertinere queant. En itaque Cl. Dukeri verba: „Anni sunt „non multo minus XXX, quum cogitans me studio-„sis linguae Graecae rem non ingratam facturum, si „Phrynichum, Ammonium, Erotianum, Thomam „Mag. et Moschopulum uno volumine, quo mihi „concludi posse tum videbantur, ederem, unum „alterumque mensem Ammonio impendi et in char-„tam conieci, quae ad eum illustrandum usui futura „credebam. Ad Thomam iam ante sparsim quaedam „adnotaveram; ad Phrynichum autem non multa „post Nunnesii diligentiam animadvertenda superesse, „et in Erotiano ac Moschopulo levi opera defungen-„dum esse arbitrabar. Sed quo minus tum hoc con-„silium exsequerer, alia ex aliis impedimenta, et „non provisae occupationes intercesserunt. Deinde, „quum, postquam Traiectum veneram, cognovissem „Sallierium et Sevinum paratos conscriptosque in „Phrynichum et Thomam commentarios habere, „quorum inspiciendorum copiam mihi ante aliquot „annos fecit Bibliopola Hagiensis P. de Hondt, me-„que vana spe promissae collationis Codd. MSS. „Herennii Philonis, qui in Biblioth. Reg. Paris. sunt, „duci viderem, totum consilium et Ammonii, et „ceterorum, quos dixi, edendorum abieci. Ex his „intelligis, quam me non invito — manum Ammo-„nio admoveas, et, quod a me pro derelicto habi-„tum est, occupes ac Tibi vindices. Quin potius „Te hortor, ut, quo coepisti pede, pergas, ac de „omnibus, quibus studium literarum Craecarum cordi „est, utilissimo libello illustrando bene merearis. „Specimen utrarumque Animadversionum tuarum „valde placet,“ etc. etc. Sub hoc tanto iudice facile tutus, opusculum, varia licet valetudine iactatus, tandem tamen peregi. Nunc in eum locum deveni, quo in libelli nostri auctorem, scopum, atque utilitatem foret inquirendum; sed materiem

copiosam, et a me pro viribus tractandam, tum demum explicare decrevi, quando prius super huius in Ammonio adornando opera candidum Lectorem monuero.

Ammonium recudi curavi secundum literarum seriem dispositum, qualem nobis tradidit Aldus Manutius, quem hac in parte reliqui Editores sunt sequuti. Par est, ut credamus, ea ratione extitisse Ammonium in scripto, quem Aldus usurpavit, Codice: neque etiam aliter hunc libellum legit Moschopulus; nam in vocum Atticarum, quam confecit, Sylloge alibi parce Ammonium describit, ex litera autem *K* plurimas Amm. observationes proposuit. Eo haec a me dicuntur, quod persuasus sum, Ammonium Lexicon conscripsisse, quod vocant *ἄτακτον*, et, quas tradit, verborum differentias in certas potius classes disparasse, neque ullam habuisse ordinis literarum rationem. Primum, quoniam is ordo Veterum repugnat consuetudini; deinde, libelli naturae. Adde, quod eadem frequenter recurrant, quae manifesto recentioris curam produnt, qui lectoris, ut putabat, commoditati servire voluerit. Clarissimum denique huius rei argumentum ex Animadversionum nostrarum II. c. x. peti poterit. Dedi itaque operam, ne errorem, quem corrigere non potui, propagarem. Scilicet ita est secundum literas concinnatus Ammonius, ut binarum priorum tantum habita videatur cura, reliquarum nulla. Hunc ordinem non migravi. Frisicam, quam vocat, Blancardi in Harpocr. disponendo diligentiam, sanequam inutilem (et in Glossariis antiquis periculo non vacuam) satis vituperavit Vir Clariss. Iacobus Gronovius. In Thoma autem Mag. hac in parte adeo etiam se excercuit Blancardus, ut, quod expertus dico, verecundiae, quam aliorum scriptis debemus, modum adhibuerit nullum. Phrynichum, quem primus Editor literarum quoque seriei adligaverat, hac parte meliorem, scripto libro adiutus, *ἄτακτον* nobis restituit Nunnesius: eamque

ſcribendi methodum, quoad primas vocum literas indigeſtam, huiusce moduli ſcriptores adeo frequentaverunt, ut ne Ptolemaeus quidem, qui dicitur Aſcalonita, ab ea ſeſe abſtinuerit.

Deinde verſionem Ammonio non adieci. Ob vulnera, quae Ammonio inflixerunt, nihil ego in librarios veteres gravius dicendum cenſuerim; primum, quoniam auctorum loca deſcribere non faſtidiverunt, deinde, quia errorum, quos commiſerunt, incredibili multitudine illos omnes deterruerunt, qui olim in huiuscemodi etiam libris Latine vertendis obſcuram operam collocarunt. Saepius animo obverſatur calidum hominis venuſtiſſimi, Mureti dictum, ſed in hanc rem oppido opportunum ex Var. Lect. III. c. xv. *Convertunt, aut invertunt potius et pervertunt omnia, — Grammaticos, etiam ea, quae naturam, ut verti poſſint, non habent.* Ex uno Scaligero peti poteſt aliquid pro talibus verſionibus praeſidii, nam Phrynichi verſionem ſubinde corrigere non eſt aſpernatus, et Nunneſium interpretem vocat doctum et accuratum. Quare Emmanueli Martino nihil detraho, qui pro ſingulari in utraque lingua peritia unus forte par fuit Ammonio Latine interpretando, quod tamen rite fieri vix poſſe contendo. Martini verſionem Maianſius, ut ſuperius dixi, commemorat; nuſpiam ſuis in epiſtolis Martinus, aut, qui amici opera bene multa enumerat, Caeſar Laurentius Bulipho. Quod autem praeclarum optimi Hiſpani ingenium in exiguae frugis verſionibus et Euſtathii et Ammonii conficiendis elaborare potuerit, ſola ſine dubio fecit librorum penuria, iſtic locorum maxima, ubi ſuperſtitio et ſacerdotum fraudes regnum obtinent. Ego de verſione Ammonii adornanda nunquam cogitavi, eam potiſſimum ob rationem, quam iuvenis Mauſſacus protulit, et plerisque approbavit, quamque, ut leviſſime dicam, inprudenter ab Harpocrationis verſore omiſſam reprehendit Gronovius. Quibus absque verſione ad Grammaticos aditus non

patet, hos volo rogatos, ut manus ſuas libello noſtro non admoveant. Si quis porro hic criminari velit, ſive rei difficultatem (quam talium etiam verſionum oſoribus obiectat Io. Alb. Fabricius Biblioth. Gr. L. IV. c. XXXVI. §. 12.) a me pulcre obtectam, ſeu quomodocunque demum ſolus hac in re multum diſputare, per me equidem licet, ut ingenio ſuo non adverſetur.

Quid itaque praeſtiterim ſcire ſi deſideres, haec habeto. Inter editiones Ammonii, quae plurimae circumferuntur, illa ſuo merito cenſetur optima, quam Theſauri Graeci Appendici inſeruit H. Stephanus. Ab hac editione non diſceſſit Bonav. Vulcanius. Stephani editionem recentavi. In notis id mihi fuit propoſitum, ut huius editionis, quam vulgatam voco, mendoſas lectiones detegerem et emacularem. Subſidia, quibus eum in finem uſus ſum, haec fuerunt. Primum Doctorum coniecturae; deinde collatio MS. et variarum Editionum; tandem Grammatici, qui Ammonii notas deſcripſerunt. Sine adminiculis etiam fuit coniectandum.

Inter virorum doctorum coniecturas, quarum offendes in notis memoriam, cum bonitate ſua, tum auctoris nomine elucent Scaligeranae. Eas debes exemplo Theſauri Vulcanii, quod ex Voſſiana Bibliotheca in Batavam delatum nobis inſerviit. Non quidem Scaligeri, verum Iſ. Voſſii nomen is liber praefert, e quo Scaligeri notas deprompſi. Literarum tractum Scaligero proprium probe calleo; itaque emendationes ab huius manu profectas agnovi; ad Scaligerum proinde eas referre penitus non dubitavi. Vulcanii caſtigationes editas ſuis locis fere memoravi, integras notas adiicere commodum non erat. Aliorum autem, qui ſparſim ſuis in operibus, occaſione invitante, Ammonio operam dederunt, emendationes, quas quidem cognitas habuerim, univerſas huc retuli. Verum hac in parte ſine dubio pernimium deficit.

Deinde ex variis in Amm. lectionibus, quas e MS. Adverſariis inſeruerat Iſ. Voſſius, ſuis etiam emendationibus interpoſitis, multum profeci. Etiam leviores, et nulli ſorte uſui futuras, omnes produxi. Utinam moleſtum laborem peregiſſet Vir Clariſſimus! qui ad vocem Ἐμπειρία ab incoepto deſtitit.

Prima Ammonii editio ab Aldo procurata pro meritis ſatis a me laudari non poteſt. Ab hac editione poſtea operarum negligentia et mala correctorum ſedulitate in plurimis fuit receſſum: id enim ſcriptorum Codd. auctoritate factum non fuiſſe, clariſſimum in modum mihi adparuit. Poſt Aldum nunquam ad ſcriptum librum Ammonius a quoquam Editorum fuit collatus. Stephanus, cuius nos hic editionem ſequimur, unus omnium Editorum ab Aldina receſſit quam longiſſime. Is Homeri et aliorum ſcriptorum loca, quae minus plene adferri videbantur, ſuo periculo ex editis ſupplevit et correxit, malo inſtituto, ſed ſatis tum vulgato. Ne tamen ob leve peccatum debita laude careret Stephanus, veterum editionum lectionem in notis advocavi. Per vett. edd. non omnes intelligo, quae Stephani editione ſunt anteriores, ſed Venetas tantum, quarum prima, Dictionario Graeco-Lat. et Cyrilli opellae ſubiecta, Aldi opera prodiit anno 1497. altera anno 1524. cum Phrynicho, Thom. M. et Moſchop. iunctis Aldi et Andreae Aſulani operis. Hanc editionem, ubi a prima diſſidet, ſecundam voco: interim non ignoro, habita temporis ratione, ſecundam Venetam praeceſſiſſe Lexici Graeco-Lat. atque adeo Ammonii editionem Pariſinam anni 1521. quam Fabricius memorat, et, quam vidi, eleganti typorum forma nitidam Valentini Curionis, Baſileae anno 1522. vulgatam. Ego primae editionis atque adeo ſecundae etiam Venetae rationem habui; hinc ſcripturae varietates ſedulus exhibui. Plures quidem editiones contuli, e quibus ubi inſigniores ſcriptionis differentias adnotavi, ſingulas nominatim diſcerno. Sunt

autem hae: Basileensis Valentini Curionis anni 1525. quam mihi suppeditavit Cl. Io. Alberti. Parisinae ann. 1530. et 1552. quarum illa operarum vitiis inquinatissima, haec multo melior, (quam fere expressit Stephanus) Lexico Gr. Lat. subiacet a Iacobo Tusano locupletato. Omnium editionum (si primam excipias) ante Stephanum optima fuit a Ioanne Frellonio Lugduni anno 1553. vulgata, quam nimis sero, ubi ad literam *I* iam erat perventum, mihi comparavi. In hac editione non pauca legebantur emendate, quae in reliquis omnibus vitiose; nisi quod Basileensis anni 1554. ab hac latum unguem vix discedat. Ita autem in Frelloniana editione multa erant emaculata, ut non difficulter adpareret, viri esse haud indocti coniecturas. Utrum harum auctor Frellonius sit, an alius, latet.

Post Aldinam editionem principem insignem operam in Ammonio emendando praestitit Thomas Mag. Hunc descripsisse Ammonium, plus semel monuit ad Pollucem Cl. Hemsterhuisius, et ad Poll. VIII. 38. n. 54. *Plura*, inquit, *sunt apud Ammonium, ex quibus Thomam, apud Thomam, ex quibus Ammonium emendes: qui utrumque conferre non dedignabitur, mutuam sibi in vices opem praestare reperiet.* Thomae Mag. successit Ptolemaeus Ascalonita, e cuius Schedis, quas e Gudiana Biblioth. acceperat, non pauca Bibliothecae Graecae inseruit Cl. Fabricius L. IV. c. XXXIII. §. 5. eo consilio, ut hinc Ammonio aliquando medela fieret. Optimo viro morem gessi. Praeter Thomam et Ptolemaeum varias Ammonii observationes descripserunt Eranius noster Philo, et Cyrillus in Lexico inedito inprimis bono, (cuius usurpandi copia mihi fuit ex Bibliotheca Leidensi). Praeterea ad Homerum longe frequentissime Eustathius, parcius Moschopulus, et Phavorinus Camers. Dubito, si ad hanc classem referre debeam Etymologum. Ex Thoma M. Ammoniana non pauca derivavit Scholiastes Luciani. His omnibus antiquior

Schol. Ariſtophanis uno in loco, poſtea nobis uſui futuro, diſertam Ammonii mentionem iniecit.

Plus nimio forte verboſus eam alicui cogitationem inieci, nunc tandem Ammonium, ſerio caſtigatum, et omnibus mendis liberum, in lucem emitti. Sed multum fallitur, qui id in animum ſuum inducit. Quae MS. aut prima editio meliora ſuppeditabant, ea in textum (quem vocamus) recepi, et vulgatae lectionis, quam in notis propono, loco poſui. Eadem etiam cedere debuit Virorum Doctorum coniecturis, ſi verae videbantur, ſive illae ad Ammonii verba pertinerent, ſeu ad Veterum fragmenta. Metricarum legum indecora ignoratio me non deterruit, quin Menandreas Bentleii emendationes in Ammonium introducerem. Haec tantum ſunt, e quibus melior fieri potuerit Noſter. Meas, quas dico, emendationes, quas coniectandi calor et aliorum Grammaticorum collatio ſubminiſtrarunt, etiamſi veras, Ammonio non reſtitui. Formidoloſam tamen hanc agendi rationem adeo non probo, ut nulla etiam ſit animi mei ingenio magis contraria. Verum pravae quorundam conſuetudini nunc quidem obſecundandum credidi, et in hanc partem peccare adoleſcentior malui.

Plurima remanſerunt in Ammonio etiamnum eruditioris manus indiga, talia quinimo, quae mendoſa eſſe ne ſuſpicatus fuerim; idque nuper admodum egregio documento didici ex Emendationibus Henrici Valeſii, quo pulcerrimo incremento criticam noſtram ſupellectilem ditare voluit, qui maiorum ſuorum famam digne tuetur, Petrus Burmannus Fr. F.

Praeter coniecturas, locorum ab Ammonio citatorum indicia, et aliorum Grammaticorum cum noſtro conſenſum nihil eſt, quod in notis mihi propoſuerim. Ad ſeveram cotem univerſa Grammatici placita exigere neque volui neque potui. Qui ad eum modum minores Grammaticos tractandos ſibi ſum-

ſerit, quo in Luciani Soloeciſta verſatus eſt Io. Ge. Graevius V. C. nae is literis operam navaret commodam et utilem.

Quando itaque in notis brevis eſſe volui, et nihilo ſecius lectionis qualiscunque ſpecimen edere, conſcribere coepi Animadverſiones; ſi quis eas Digreſſiones vocare mavelit, ſive Diſſertationes, equidem recte eſt. In his Ammonii loca ſelegi, quae emacularem, et copioſius etiam illuſtrarem. Aliorum errores caute et modeſte detego. Non pauca ex MSS. Codicibus Bibliothecae Lugduno-Batavae inedita produco. Emendationes proferendi, quas in aliis Scriptoribus detexiſſe mihi videbar, occaſionem oblatam occupavi, ſaepe etiam quaeſivi. Id alii item fecerunt. Vereor autem, ne interdum in rebus protritis nimius fuerim. Errores ſine dubio multos commiſi, et in locis Veterum ſollicitandis forte maximos. Nonnullas coniecturas, quae primo ſcribendi impetu adblandiebantur, repetita meditatio reiecit et reprobavit. Eas revocare tanti non videbatur. Qui alios reprehenderim, ut viciſſim corrigar, aequo animo, uti par eſt, feram. Cenſurae candidae et eruditae ſemper videbuntur amabiles; reliquas, etiamſi ab illis proficiſcantur, qui quorundam opinione cenſentur nobiles, deſpicere didici. In iis, quae ab aliis forte ante nos ſuerunt occupata, nolo quisquam cogitet, quod me ſit indignum.

Nunc de iis opuſculis, quae Ammonio ſubieci, quam potero breviſſime dicam. Typis ea, quod ſciam, antea nondum erant deſcripta. Ad priora notulas etiam congeſſi. Hinc peti velim, unde Eranii Philonis Excerpta, et Lesbonactis libellum hauſerim; quorum illa exigui momenti, et unam ob rationem non indigna, quae Ammonio accederent. Multo melior Lesbonax, qui eruditulus talia tradit, quorum antea vel nulla vel ſaltim perexigua habebatur cognitio. Edere illum voluit Leo Allatius, monente Fabricio, Biblioth. Graecae L. IV. c. xxx. §. 14. et L. V. c.

vii. p. 45. et 46. Salmasius, qui eundem, quem nos tractavimus, libellum usurpavit, De Hellenist. p. 148. *Tractatum*, inquit, *ipsum Lesbonactis aliquando fortasse in lucem edet eruditissimus et praestantissimus Isaacius Vossius, summo viro dignissimus filius, qui ex Florentina Bibliotheca descriptum nuper ad me eum submisit.* Quod ad initium Eranii a me positum est, a Parisino Codice descriptum Lesbonactem, etiamnum vero videtur similius.

Lesbonactem excipiunt capita de Soloecismo et Barbarismo, quae in Adversariis etiam Is. Vossii legebantur, ex praestanti Codice a Vossio descripta. Is liber (namque id praetermitti non potest) continebat Dionysii Thracis Artem Gramm. et in eam Commentarios sive Scholia Diomedis, Stephani, Porphyrii, et incerti scriptoris librum, qui definitionibus fere Grammaticis constabat. Subiiciam nunc, quod his capitibus adscripserat Is. Vossius. „Capita de „Soloecismo et Barbarismo, quae in MS. dehinc" (id est incerti auctoris operi subiecta) „sequebantur, „an eiusdem, an vero alius sint auctoris, adfirmare non „possum. Ut ut sit, sunt utilissima: quamvis Ho- „merum et alios aliquoties Barbarismi et Soloecismi „perperam accuset." Non iniuria itaque mireris, priorum capitum auctorem, quamvis dubitanter, Diomeden vocari a Vossio ad Catull. p. 226. posteriorum vero Stephanum Grammaticum Byzantium ad Melam p. 201. Priora, ut in notis monui, Du Cangii indicio potius ad Herodianum referri queunt; etsi, quae hanc suspicionem movent, desint in libro Vossiano apographo, quem in istis capitibus, ubi materia κατὰ πλάτος tractatur, unum ducem habuimus, dum priora vulgamus paulo meliora ex binis Codd. MSS. Batavis, quorum prior antiquissimus inter Vossianos Gr. in 4. Nr. 76. post Dionysii Thracis Grammaticam et incerti auctoris tractatum de metris haec etiam capita complectebatur. Alter Cod. B. idem ille est, qui Lexicon de spiritibus

dictionum nobis ſuppeditavit. Sola autem ſcriptionis finitima materies me permovit, ut Lesbonacti haec etiam adiungerem. De utilitate cum Voſſio idem ſentio. Et ne cui forte videar eorum probare temeritatem, quos in lucem emitto, quid de hac Grammaticorum agendi ratione ſentiam, dicere non dubitabo. Soloeciſmi, quos vocant Grammatici, rariores ſunt ſermonis veneres, potiſſimum in huius illiusve Dialecti ſinu reconditae; harum elegantiarum rationem iſtis hominibus non conſtitiſſe mihi quidem pulcrum videtur. Grammatici ſcilicet, ea in arte, quam ſolam didicerunt non ad ſimplicem veterum ſcriptorum uſum conſtructam et caſtigatam, ſed tortuoſis tricis difficilem, et vanorum hominum deliramentis inquinatam, ſtulte ſuperbi, invocati ſententiam dicunt, bonos ſcriptores ſevere vituperare non formidant, et illa loquendi genera, ad quorum nativam pulcritudinem et mirificam excellentiam humiles animi non adſurgunt, Soloeciſmos eſſe, inſulſe clamitant. Hanc arrogantiam in luce collocavit atque egregie repreſſit, quem vanae Grammaticorum irae non territabant, Sextus Empiricus. Ipſius dictis nonnulla adieci, quia haec Grammaticorum conſuetudo per equidem mihi ſemper viſa fuit ridicula, et eam ob rationem caſtiganda, quod his ſuis commentis efficiunt, ut elegantioris ingenii homines Grammaticorum ſtudium in univerſum contemnant et irrideant. Hoc temere fit et inconſiderate: nam, quae ſcripſi, non usque eo in Grammaticorum contumeliam accipi velim. Pleraque omnis veterum rerum cognitio Grammaticis continetur; ſed, dum bona in iis laudamus, et inprimis probamus, a Soloeciſmis tantum ſcriptores antiquos vindicamus, et ipſorum etiam commenta non ultimi ridemus.

Tandem acceſſit Lexicon περὶ πνευμάτων e Cod. Voſſ., inter Gr. MSS. in 4. viceſimo, qui aetatem fert annorum circiter 400, a me deſcriptum. In variorum libellorum farragine, quae ſubiacet Lex.

Graeco-Lat. Valentini Curionis, Basileae 1525. edito, extat etiam tractatus περὶ πνευμάτων· qui videri possit ex simili libro excerptus. Quod Cl. Fabricius inter opuscula, quae Thesauri Stephani constituunt Appendicem, Biblioth. Gr. Vol. VII. p. 56. libellum περὶ πνευμάτων recenseat, error est. Sunt in nostro libello multae voces, quas Glossas vocamus; plurima, quae Graecae Linguae studiosis usui esse queant, et quae semel legisse neque doctos poeniteat. Scripti Codicis, quem titulus ad varia exemplaria collatum et emendatum pollicetur, lectionem nitidis typis exhibere contentus, voces mendosas subinde † virgula distinxi; rationem non vidi, cur hunc etiam notis onerarem.

Ad alteram Praefationis partem, quae Ammonium propius spectat, perveni. Hic primum eam quaestionem pono, utrum libelli auctor sit Ammonius, nec ne. Postquam, quae huc spectent, pertractavero, libelli argumentum indagabo, et de inscriptione dicam atque auctoris proposito. Tandem libelli dotes in luce collocabo, et adversus Henrici Stephani criminationes vindicare enitar.

Ex quo Aldus Manutius libellum nostrum sub Ammonii nomine in lucem edidit, vulgari quidem opinione Ammonius auctor fuit habitus; sed non multo post super hac re a nonnullis dubitari coeptum est. Vel enim incertum auctorem esse crediderunt, vel Philoponum: utramque sententiam tetigit Henr. Stephanus in Praefat. ad Comment. de Atticae Dial. Idiomatis. Suspicionem de Philopono iniecit etiam Andreas Schottus ad Cornelii Nepotis Datamen c. VIII. Verum tandem opusculi conscripti laudem Ammonio pene dubiam fecerunt, qui de Herennio Philone cogitant. Haec sententia veritatis similitudine commendabilis magnorum nominum auctoritate nititur. Paulus Leopardus, quod quidem ego noverim, primus in libris Emendationum monuit, auctorem libelli de verborum differentiis a quibusdam Herennium Philo-

nem vocari, veluti libri I. cap. 24. IX. 19. X. 6. XIII. 14. horum opinionem ſatis fortiter tuetur Leopardus libri XI. capite 15. ubi ita ſcribit: *Bonus imprimis eſt author Herennius Philo, quem vulgus Ammonium vocat.* Qui hanc rem tanquam exploratam ſine dubitatione poſuerit, neminem novi praeter Menagium, cuius ſententiam commemorant Baylius in Lexico, et Fabricius in Bibliotheca Graeca. Reliqui enim, qui ab Herennio Philone non plane abhorruerunt, rem dubitanter poſitam fere in medio relinquunt. Horum nomina, quae, dum haec ſcribo, plurima obverſantur, ſatis pudenter proferri non poſſe autumo; neque tam auctores, quam argumenta, quibus nituntur, quaerenda ſunt. Euſtathius, quem in ſententiae ſuae patrocinium praeter Leopardum unus et item alter advocaverunt, me in dubitationis ſocietatem pertraxerat. Sed libelli editor, et aliorum iudicio non nimium tribuens, explorandum putavi, utrum ratione niteretur noſtra illa haeſitatio, nec ne. Quae ſuper hac re cogitavi, ita coarctabo, ut nemini ſim moleſtus. Primum tanquam dubio vacuum pono, eundem hunc libellum verſaviſſe Euſtathium, et indidem plurima in Commentarios ad Homerum retuliſſe. Verborum, quae tradit, diſcrimina ita plerumque proponit, ut ſatis indicet, ab aliis fuiſſe obſervata, his ad eam rem uſus loquendi formulis: *Κατὰ τὸν παλαιόν. Διαφέρειν φασί. Φασὶν οἱ παλαιοί. Σημειοῦνται οἱ παλαιοί. Διαφέρουσι κατὰ τοὺς παλαιούς.* Interdum tamen eos nominat, quorum fide utitur Noſter. Quae de aetatum nominibus ex Alexionis Epitome Miſcellaneorum Didymi adnotavit Ammonius, ſub Alexionis teſtimonio producit Euſtathius. Apud eundem, fide Commentatoris Bacchylidae, leguntur, quae ſub nomine Didymi apud noſtrum. Qui verborum differentias data opera exſequuti fuerint, Philoponum *ἐν τῷ περὶ λέξεων διαφόρως τονουμένων*, et Herennium Philonem *ἐν τῷ περὶ διαφόρων σημαινομένων*

memorat Eustathius, et, quae ex Herennio promit, eadem esse videntur cum illis, quae apud Ammonium prostant; ut adeo non leve sit universum Ammonii librum ad auctorem Herennium referendi argumentum. Prius tamen, quam prave iudicetur, eas observationes considerari velim, quas Herennio acceptas refert Eustathius. Illae omnino quatuor adnotantur, in quibus declaratur, quo differant *Αἶνος* et *Παροιμία*, *Ἀῤῥωδεῖν* et *Ὀῤῥωδεῖν*, *Ἀσφόδελος* et *Ἀσφοδελός*, *Ἀστὴρ* et *Ἄστρον*. Ad primam differentiam vocum *αἴνου* et *παροιμίας* Eustathius (loca alibi indicata ut hic repetam, necesse non est) eadem habet, quae Ammonius, Archilochi, Hesiodi, et Callimachi loca. Lucilium etiam citat Tarrhaeum, universa autem se accepisse testatur ab Herennio Philone, subiungens: *καὶ οὕτω μὲν καὶ τοῦτο κατεστρωμένον οὕτω ῥητῶς ἐν τοῖς Ἑρεννίου Φίλωνος.* Itane vero? Age fuerit Herennio vetustior Lucilius; hunc descripserit Herennius; licuitne idem Ammonio? Ita opinor. Quid? non sententiam Herennianae observationis, sed ipsa Herennii verba *ῥητῶς* nobis tradidit Eustathius: *Ῥητῶς δὲ κατὰ τὸν παλαιὸν εἰπεῖν, (Αἶνός ἐστι) λόγος μυθικὸς ἐκφερόμενος ἀπὸ ἀλόγων ζώων. ἢ φυτῶν πρὸς ἀνθρώπων παραίνεσιν.* Quaero nunc, utrum ea in Ammonio legantur, an ad verbum cum illis conveniant, quae ex Eranii Philonis Schedis pag. 162. vulgavimus? Secunda observatio de verbis *Ἀῤῥωδεῖν* et *Ὀῤῥωδεῖν* iisdem pene verbis apud Eustathium sub nomine Herennii et in Ammonii libello prostat. Sed ponamus, ante Ammonium extitisse huiusce moduli opus ab Herennio confectum; an non ea in nota innuit Ammonius, vetustiorum se ad eam rem declarandam verbis uti? *οὕτως γὰρ*, inquit, *ἐξηγοῦνται τὴν λέξιν.* Quod porro ad firmandam vocum *ἀσφοδέλου* et *ἀσφοδελοῦ* differentiam ambitiose Herennium Philonem *ἐν τῷ περὶ διαφόρων σημαινομένων* advocet Eustathius, uti et ad voces *ἀστὴρ* et *ἄστρον*, admi-

rabile videri possit atque ridiculum. In re pervulgata, et a multis ante Eustathium tradita, adeone alterius laudem sibi tribuere formidavit Thessalonicae Archiepiscopus, ut sancte Herennium nominet? Crederemus, si eandem ubique diligentiam adhibuisset. Ita igitur statuo, Eustathium legisse eundem, quem habemus, Ammonii libellum, et simile etiam opusculum sub nomine Herennii Philonis, non veteris istius, Grammatici Byblii, sed Ammonio longe recentioris, qui multa Ammonio sublegerit, et clarum nomen suae opellae praefigere voluerit. Huic suspicioni fidem faciunt, quae Ammonio eum in finem subiecimus, Eranii Philonis Excerpta. De eo addubito, utrum hunc libellum pleniorem legerit Eustathius, an plerumque Ammonium non nominatum descripserit. Posterius adeo insolens in Eustathio existimari non debet, qui multos, quorum nomina celavit, ad verbum transscripsisse a nonnullis fuerit deprehensus. Thomas etiam Magister non exiguam Ammonii partem in libellum suum recepit; non solum autem Ammonii nominatim non meminit, sed et uno in loco, ut ne quidquam nostro debere videretur, Pollucis testimonium usurpavit. Ex illis, quae disputata sunt, constare arbitror, nihil esse causae, quapropter Herennium Philonem libelli nostri auctorem esse crederemus, quem Ammonio constanter tribuunt MSS. Codices, qui in Regiis Bibliothecis Parisiis et in Anglia adservantur. Vid. Montfauconii, Viri Venerabilis, Bibliotheca Biblioth. MSS. nova p. 632. et 685. Ex Codice Parisino decerptas esse puto, quas Vossii labore habuimus, varias lectiones. Anglicanos versaverunt Th. Galeus, et Io. Pearsonus; illum vide ad inscriptionem Palaephati, hunc in Vindiciis Epistol. Ignat. P. II. p. 151. quem locum indicavit Fabricius. Scriptum Ammonii librum usurpavit Casaubonus, cuius hunc fuisse indicem, Ἀμμωνίου περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων, scribit Wolfius in Casaubonianis pag. 14.

In Codice Regis Galliae huic opuſculo aliud *περὶ ἀκυρολογίας* ſubiungi, poſt Labbaeum admonuit Fabricius: quod quin genuinum ſit Ammonii opus, minime dubitabit, qui eius notas in *Ἀτελές, Βίος, Γενέθλια* etc. relegerit, et totam ſcribendi rationem habuerit perſpectam. Is Ammonii tractatus alteram veluti huius opuſculi partem conſtituit. Libri argumentum ex Nonio etiam Marcello cognoſci poteſt; nam is capiti *De differentiis verborum* illud ſubiecit, quo tractat *De Impropriis, περὶ Ἀκυρολογίας.*

Tandem, quod ſupra incoepi dicere, antiquiſſimus Ariſtophanis Scholiaſta ex noſtro libello unam obſervationem attigit, eiusdemque auctorem vocat Ammonium, ad Eccleſiaz. v. 607. Verba Scholiaſtae adſcribam: *Μείρακα δ᾽ ἐνταῦθα δοκεῖ ἀρσενικῶς εἰρῆσθαι, καίτοι Ἀμμωνίου λέγοντος, Μειράκιον καὶ Μείρακα ταύτῃ διαφέρειν, ὅτι τὸ μὲν Μειράκιον ἐπὶ ἀρσενικοῦ, τὸ δὲ Μεῖραξ ἐπὶ θηλυκοῦ.* Quae univerſa omnem ita tollunt dubitationem, ut ne ſcrupulus amplius reſideat. Per autem velim, ut in poſterum praeſtantiſſimus libellus, quem idonei iudices Herennio non indignum iudicaverunt, Ammonio auctori tribuatur.

Si itaque auctor noſter dicendus ſit Ammonius, quod omnino ſtatuendum cenſeo, quaeri poteſt, quis tandem ſit iſte Ammonius, et quo potiſſimum tempore floruerit. E multis, quibus id nomen fuit commune, tres tantummodo in cenſum venire poſſunt; de duobus fuit a doctis hominibus cogitatum, quorum alter Philoſophus fuit, Grammaticus alter. Eorum ſententiam, qui Ammonium Hermeae F. noſtrum eſſe voluerint, memorat Baylius. Ioannes Ionſius De Scriptor. Hiſt. Philoſ. L. III. c. XVIII. *eum,* inquit, *aliquando auctorem credidi libelli de vocum Graecarum differentia.* Idem ſenſiſſe videtur elegantis vir ingenii, Emmanuel Martinus, aut, ſi ita mavelis, huius vitae ſcriptor Maianſius. Quod vero Codici MS. Anglicano Ammonii Hermeae no-

men praeponatur, librariis acceptum referri debet, quibus Philosophi non incelebris nomen usu frequentiori magis erat contritum. Quando itaque Ionsius idoneam rationem, qua prior ista suspicio niteretur, non protulit, (nam leve eruditissimi viri argumentum repulit Fabricius,) in ea refutanda nobis non erit laborandum. Ammonii Hermeae, qui in Porphyrium et Aristotelem supersunt, Commentarios excutiens nihil offendi, quo vel probabilis ea sententia reddi posset. Longe verior videtur Io. Alb. Fabricii sententia, viri inter primos insignis, cuius verba ex Biblioth. Graec. L. IV. c. xxvi. p. 173. subiiciam: *Ammonius Grammaticus, cuius et Helladii itidem auditorem fuisse se — testatur Socrates Hist. Eccles. Scriptor* V. 16. *narratque Alexandria eos profugisse in gravi illo tumultu, qui accidit A. C.* 389. *ob eversa Theodosii Imp. iussu Ethnicorum templa. Extat huius, ut suspicor, Ammonii περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων liber* etc. Quae isto in capite de Ammonio Grammatico prodit Socrates, memoratu forent dignissima, si non multa et potiora nobis agenda superessent. Quare tantum notari velim, quod Valesio, ubi de vita et scriptis Socratis disserit, fuit animadversum, Socratem admodum adolescentulum senioribus Helladio et Ammonio Grammaticae usum fuisse doctoribus Constantinopoli, quo homines antiquae religionis tenaces, popelli Alexandrini ludibrio irritati, sese contulerant. Nihil autem adeo impedit, quominus huic Ammonio Seculo iv. et sub initium Seculi quinti claro, homini a Christianis sacris alieno, libellum nostrum adscribendum crederemus. Nam quod nostro in libello citentur verba e Lucae Evangelio, eam sententiam non labefactat, uti in Animadv. I. c. xx. fuit ostensum. Deinde eam nonnihil adiuvat Helladius, quem Lexicon multis voluminibus condidisse, ex Photio docuit Maussacus in Dissertatione Critica. Videri autem posset Helladii librum inusitata operis moles

oppreſſiſſe, dum exiguus collegae Ammonii libellus ad noſtram usque memoriam remanſerit.

Quae quamvis ita ſe habeant, tamen rationes non celabo, etſi forte alicui leves videri poſſint, quae me in eam induxerunt ſententiam, Ammonium noſtrum non quidem eum eſſe, quem ante Auguſti imperium Ariſtarchi ſcholam Alexandriae moderatum fuiſſe teſtatur Suidas, verum tamen Grammaticorum, qui superſunt, fere antiquiſſimum, ſeculo poſt natum Chriſtum primo ſeu ſub initium ſecund maxime floruiſſe. Eam in rem bina tantummodo adferam argumenta. Primum peto a Grammaticorum agmine, quos in parvae molis libello ad partes vocat Noſter. Omnium aetas, ſi unum et alterum excipias, cognita eſt, et ab iis, qui huic eruditionis parti illuſtrandae incubuerunt, explorata. Ante Auguſtum ſive ſub eius imperio diverſis in locis Grammaticae ſcientiae fama nobiles claruerunt, Zenodotus, Ariſtophanes, Neanthes Cyzicenus, Mnaſeas, Philemon Aexonenſis, Aſclepiades Myrleanus, Trypho, Didymus, Lucius Tarrhaeus, Lyſimachides, Ariſtocles Rhodius et Ariſtonicus. His paulo recentior memoratur Apollonides Nicenus, Ariſtocli forte et Ariſtonico coaevus, cuius aetatem G. I. Voſſio minus cognitam in Tiberio Imperatore fixit Ionſius De Script. Hiſt. Philoſ. L. III. c. III. Heraclides autem Grammaticus, ab Ammonio ambiguo ἡμετέρου titulo ornatus, quem de induſtria in Grammaticorum catalogo praetermiſi, alterum, ut coniicio, pro Ammonii antiquitate nobis argumentum ſuppeditabit. Ex Heraclidis, quos Ionſius triginta cognomines recenſuit, quis Ammonianus ſit, in v. Σταφυλὴν citatus, fuit quaeſitum. Cl. Fabricius Biblioth. Graec. Vol. I. p. 355. et Vol. VII. p. 62. etſi iſtis in locis, quod in tanta rerum copia mirum non eſt, leviter labitur, Heracliden auctorem Proſodiae, cuius frequens occurrit mentio, et Heracliden, quem Ammonius vocat ἡμέτερον, unum et

eundem fuiſſe contendit. Recte! neque hac etiam de re ulla debet eſſe dubitatio. Huius autem Heraclidae, qui ſcripſerit περὶ καϑολικῆς προσῳδίας, aetatem penitus ſe ignorare profitetur Meurſius, in Chalcidii Timaeum p. 18. Ne nunc, quae ex Ionſio De S. H. P. L. II. c. xi. §. 4. peti poſſent, incertiora conſecter, conſtat, neque id ignoravit Meurſius, Heracliden ἐν τῷ περὶ καϑολικῆς προσῳδίας citari ab Apollonio Alexandr. de Synt. IV. c. x. p. 326. adeoque Apollonio certe antiquiorem Heracliden ante ſeculum ſecundum floruiſſe. Quod ſi nunc monſtravero, hunc Heracliden Ammonii mei fuiſſe praeceptorem, quis tandem de ſumma huius antiquitate dubitet? Nimirum in V. Σταφυλὴν ita loquitur Ammonius: Ἡρακλείδης ὁ ἡμέτερος φησίν. Triplex huius denominationis reddita fuit ratio. Fabricius B. G. L. IV. c. 26. p. 177. ἡμέτερον interpretatur, *ex Ariſtarchi Schola Grammaticum.* Ionſius II. c. xi. ita ab Ammonio dictum putat, *vel quod uterque Alexandrinus fuerit, vel quod hic eum magiſtrum habuerit.* Poſtremam rationem ſolam veram eſſe arbitror. Nam quod Ariſtarcheus fuerit Heraclides, et eiusdem civitatis, habuit cum aliis, ab Ammonio laudatis, commune. Quaero enim, num non Didymus et Trypho Alexandrini fuerint, et Ariſtarchi ſectam publice profeſſi? neque eſt quod inſtes, atque urgeas, Ariſtarcheum ἡμέτερον dici, ut ab aliis Heraclidis ſecernatur, nam ſeptem Didymos dabit Suidas. Sola itaque obtinet, quam probavi, nominis ratio: pari modo Damaſcius Simplicii praeceptor ὁ ἡμέτερος Δαμάσκιος vocari ſolet a Simplicio, obſervante Fabricio B. G. L. V. c. xxix. §. 1. Vol. VIII. p. 620. et 626. Commemini, me aliquando a Summo Hemſterhuiſio accipere, Heracliden Euſtathio citatum Grammaticorum pene fuiſſe eruditiſſimum, ut adeo in Ammonii etiam praeſtantia Heraclidae diſcipulum non difficulter dignoſcas. Neque tamen non veriſſimum eſt, Am-

monium ex iſta fuiſſe ſecta Grammaticum, cuius conditor cenſetur Ariſtarchus. Dum Homeri editionem Ariſtarcheam paſſim, et clariſſime ſequitur in v. *Δαὶ*, Zenodotum reprehendit, ſuae ſectae homines potiſſimum laudat. Non tamen ſectae, cui nomen dederat, adeo male fuit tenax, ut non multa ab Ariſtophane tradita probaverit, et in Lexicon ſuum receperit. Dixi de auctore, nunc libelli argumentum, et ſi qua porro huc pertinere iudicavero, proponam.

Index libelli noſtri hic eſt, etiam in ſcriptis Codd. *περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων.* quem non uno modo reddiderunt Valentinus Curio, Stephanus, et Fabricius. Utrum eadem ſit in Anglicanis Codd. MSS. inſcriptio, addubito. In Catalogis reperire licet: *Ammonii Lexicon*, et *Ammonii liber de dictionibus. περὶ λέξεων* latius patet, quam ut huic opuſculo apte convenire poſſit. Credibile, Ammonium poſuiſſe *περὶ διαφόρων λέξεων, de vocum differentia;* atque ita paſſim citant recentiores. *Ὅμοια* non extant in Ammonio praeter paucula, veluti ſunt *Κωφὸς* et *Ἐννεὸς, Περιμάξαι* et *Ἐκμάξαι, Τύραννος* et *Βασιλεύς.* quae vocabula recentiore aevo male diſparata apud antiquos *ὅμοια* fuiſſe, ſive promiſcue uſurpata, oſtendit Ammonius. Propter ea tamen poſtea, ut puto, libello noſtro titulum fecerunt: *περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων.* Ea enim, quae dixi, *ὅμοια* fuiſſe vocata, ex Speuſippi opere, etſi generis nonnihil diverſi, conſtat; id enim, *Ὅμοια* inſcriptum, frequenter laudat Athenaeus; a quo etiam Iubae et Soſibii *Ὁμοιότητες* non raro ad partes vocantur. Ammonius id egit, ut vocabulorum adfinium, quae vulgo habebantur *Ὅμοια*, differentiam declararet. Non diſſimilem ſibi materiam ſumſerat Seleucus Alexandrinus, quem *περὶ τῆς ἐν συνωνύμοις διαφορᾶς* ſcripſiſſe, ex Suida fuit obſervatum.

Quamprimum in ornatam linguae patriae culturam incubuerunt Graeci, probabile admodum, vetustissimo iam tempore in ea etiam re elaborasse, ut voces discernerent, quae, solo saepe accentu diversae, facile a minus peritis permutari poterant. Quare primum ea cura ad Philosophos pertinuisse videtur. Omnes artes atque inprimis etiam Grammaticam Philosophiae suam debere originem, alicubi hoc argumento ostendit Ammonius Hermeae, quod Grammatica circa harmoniam versatur; hanc autem Musicae propriam, Musicam Philosophiae partem esse evincit. In Musicis multi erant, qui a nobilissimo Pythagorae nomine dicebantur. Hos inter, qui Dissertationes Dorica Dialecto conscripsit, sive Myllias is sit Crotoniata, seu alius, auctor certe vetustissimus, in Gal. Edit. p. 725. vocabula enumerat, quae *τὰν ἁρμονίαν ἀλλάξαντα διήνεικαν*. Hoc loco proponere libet, quod ab Ammonio alienum est. Auctorem opusculi, quod Nobilissimus Northius Mimanti tribuendum suspicatur, Mylliam dubitanter voco, lectione MS. adductus, in quo istic loci, ubi *Μίμας* vulgatur, extat *Μύμας*. Quod in Catalogo Biblioth. Leidensis legitur p. 400. *ambigitur an sit Tzetzae*, oppido est ridiculum. Scilicet scripto libello haec nota praefigitur: *Ζητεῖται δὲ εἰ καὶ τὸ παρὸν σύγγραμμα Σεξτεῖόν ἐστι.*

E Philosophis verborum proprietatis inprimis studiosos fuisse Stoicos, quis ignorat? Itaque etiam adfinium vocabulorum discrimina monstravit Chrysippus. Vide, si placet, Stobaeum Tit. xxviii. p. 196. 197. Athenaeum VI. p. 267. B. et Schol. Theocriti ad Idyll. V. v. 5. Aristippum autem, Socratica pietate excultum, his in rebus tempus voluisse conterere, mihi quidem non placet. Quid si in Schol. ad Apollon. Rhod. II. v. 77. cuius fide id a Cl. Iacobo Gronovio, quem Fabricius citavit, fuit creditum, pro *Ἀρίστιππος* reponeremus *Χρύσιππος*?

Praecipua tamen iſtius rei cura ad Grammaticos ſpectavit. Quando enim ſe ad Poetarum tractationem converterunt, fieri non poterat, quin in propria vocabulorum vi cernenda, et adfinium differentiis indicandis elaborarent. Multa produxit Ammonius, cum ex aliorum operibus, tum ex laborioſis Didymi in Homerum, Pindarum, et Bacchyliden commentariis; ne nunc dicam, in iis, quae nos uſurpamus, veterum ſcholiorum male conſarcinatis reliquiis hoc in genere non pauca ſupereſſe. Quamcunque ſibi materiam quis tractandam ſumeret, vocabula eo ſpectantia curate diſcrevit. Quantum ad hunc locum pertinere quisque iudicaverit, Auctorum Index, quem Vulcanium ſequutus ad Amm. contexui, abunde ſubminiſtrabit.

Qui data opera in eam partem incubuerit, ut ante Ammonii aetatem unum in libellum verborum differentias cogeret, neminem novi. Verum quidem eſt, antiquorum hominum, Ptolemaei Aſcalonitae, Herennii Philonis, quin Ariſtophanis etiam Grammatici hoc in genere labores vulgo iactari: ſed, ut inde incipiam, Ariſtophanis tractatus περὶ λέξεων διαστολῆς, memoratur, quod ego cognoverim, nuſpiam, praeterquam a Salmaſio in Obſervat. ad Ius Att. et Rom. c. xxvi. p. 609. Ne cui tamen videar ſuſpicioſior, quid hac de re ſentiam, premere decrevi. Rerum, quas legerat, theſaurum ſolam memoriam habuiſſe Salmaſium accepimus. Fallaci cuſtodi nimium ſaepe confidebat Vir Maximus. Suidae ſine ulla formidine me obiicio, qui Ptolemaeum Aſcalonitam ſcripſiſſe tradidit περὶ διαφορᾶς λέξεων, recentioris magiſtri fraude deceptus. Quae ſub Ptolemaei Aſcalonitae nomine vulgavit Fabricius B. G. L. IV. c. 33. §. 5. certiſſima praeferunt recentioris aevi veſtigia. Ammonius, accuratae diligentiae ſtudioſus, nuſpiam non ſolum iſtius Ptolemaei libri meminit, ſed et differentias, quae iſtic leguntur, ex Ptolemaei Proſodia Homerica enotavit.

Quare de ista opella, et de Herennii sive Eranii, quas vulgamus, schedis idem censeo. Uterque Ammonium, vulgo forsan minus cognitum, in usum puerorum descripsit, et veterum Grammaticorum nominibus suas quisque merces commendare voluit. Redeo ad Ammonium.

Scopum Ammonii indagaturus omnibus nunc nota esse pono, quae in Praefat. ad Pollucem p. 41. docuit Celeberr. Hemsterhuisius. Qui sermonem patrium, cuius nativus color pene evanuerat, ad veterum normam retractare studebant, Grammatici fuerunt. Aristarchei, ceteris, ut videtur, magis adcurati, apud Etymologum p. 787. v. 26. dicuntur *οἱ ἀκριβεῖς γραμματικοὶ*, qui Thomae M. in v. *Δόξα* audiunt *οἱ ἀκριβολογούμενοι περὶ τὰ τῶν λέξεων σημαινόμενα.* Hos inter Ammonius vocabulorum propriam potestatem tradidit, et differentias constituit, non omnium, sed eorum tantum, quae olim diverso significatu a bonis scriptoribus accepta, ipsius aevo promiscue usurpabantur. Ne quidem Phrynichus, homo in antiquis reprehendendis petulantior, quidquam reprobasse censeri debet, nisi quod eo, quo scribebat, tempore erat vulgatum. Nunnesium, qui *ἀδόκιμον* in Phrynicho reddiderat *inusitatum*, corrigit Scaliger, et monet, dicendum fuisse *reprobum*, *reiiculum*, *nam* (verba sunt Scaligeri) *nam si non erat in usu, quare reprehenderet?* In eandem fere sententiam notat Cl. Hemsterhuisius ad Luciani Prometh. T. I. p. 223. Primum itaque Ammonius receptae consuetudini interiorem linguae indolem seu veterum scriptorum usum obiecit. Hoc suum propositum subinde non obscure patefacit. In operis limine secundum veteres distinguit voces *Ἀβέβηλα* et *Βέβηλα*, atque eas vulgo quidem discerni scribit, sed minus rite. Vide porro quae notat ad voces *Ἀπελεύθερος*, et *Βιοῦν*. In v. *Γράμμα*, postquam monuerat, *γράμμα* pro *σύγγραμμα* ab antiquis fuisse positum, addit, eadem

Σπαίρω τὸ ἀσπαίρω. τὸ ἀσπαίρω ἐκ τοῦ σπαίρω, τοῦτο ἐκ τοῦ σκαίρω. καὶ κατὰ πόσους τρόπους διαφέρει τὸ σκαίρω τοῦ σπαίρω; λέγεται μετὰ του α κατὰ ἀττικὴν συνήθειαν, ὡς τὸ, ἢ ῥά οἱ ἀσπαίρουσα καὶ οὐρίαχον, καὶ, ὁ δ' ἐοπόμενος περὶ δουρὶ ἤσπαιρ'. διότι τὸ μὲν σπαίρειν καὶ ἀσπαίρειν ὅμοιόν τινα κίνησιν δηλοῦσιν. ὅθεν παράγονται σκα-

ρος καὶ σπάρος ἰχθυόθεν. τὸ σκάρος εὔμουσόν τινα καὶ εὔρυθμον ἀποτελεῖ κίνησιν, ἐξ οὗ καὶ τὸ σκιρτᾷν παράγεται. Cod. Gud. Loca citata deprehenduntur Il. XIII. 443. et 570.

Σαθμίζω καὶ ἱστάθμισα, σημαίνει τὸ ἐζυγοστάτησα, διὰ τοῦ ἰῶτα. ἱστάθμησα δὲ τὸ ἐμέτρησα καὶ ἠρίθμησα, ἦτα. Cod. Gud.

Στέφανος βραβείου διαφέρει. στέφανος κόσμος γυναικεῖος ἐπὶ τῆς καίτης, βραβεῖον δὲ ἡ ἐπινίκιος ἀμοιβή. Cod. Gud.

Τίω καὶ τιῶ διαφέρει. v. in ψίω καὶ ψιάω et in τίσασθαι.

Ὑδρία κυρίως τὸ ὕδωρ, εὔθετον ἀγγεῖον. ὑδρεία ἡ ὕδρευσις. ἐπὶ ὑδρεύσεως διφθόγγου, ἐπὶ δὲ τοῦ ἀγγείου ἰῶτα. Cod. Vind. et Gud.

Ὑποπιεσμός. ἐνταῦθα διὰ τοῦ ο γράφεται τὸ πο, ἀπὸ γὰρ τοῦ ὑποπιέζειν τινὰ ἑαυτὸν καὶ ταπεινοῦν καὶ ἐκθλίβειν εἴρηται ὑποπιεσμός. ἑτέρωθεν διὰ τοῦ ω γραπτέον καὶ διὰ τοῦ α ὑπωπιασμός. ἔστιν ἔλεγχος. ὑπωπιάζειν γάρ ἐστι τὸ αἰσχύνειν καὶ ἐλέγχειν τινὰ ἑαυτὸν, διὰ τῶν ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ὑπωπίων, ἤτοι μωλώπων. ὑπωπιάζει τυχὸν ὁ αἰκισθείς. Cod. Vind. et Gud.

Ὑποσμίχουσα, διερεθίζουσα, ὑποκαίουσα, θλίβουσα, καταπονοῦσα. καὶ ὑποσμύχουσα τὸ ἠρέμα ὑπολάμπειν, ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ σκοτεινοῦ τόπου ἢ ἀφεγγοῦς. ἢ τὸ τυφλώττειν καὶ μεμυκέναι. Cod. Gud. et Vindd.

Ὑπωπιάζω τὸ ἐπιτηρῶ καὶ φυλάττω. ὑποπιέζω δὲ τὸ θλίβω, σφίγγω. Cod. Vind. et Gud.

Φαρκίδιον τὸ τέταρτον. φαλκίδιος ὁ κόπτων, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ δρεπάνου. Cod. Gud. et Vindd.

Φάρος, εἰ μὲν ἐστὶν ἀρσενικὸν, σημαίνει τὸν τόπον, εἰ δὲ θηλυκὸν, σημαίνει την πόλιν, εἰ δὲ οὐδέτερον, σημαίνει τὸ ἱμάτιον. ἔστι δὲ ὁμώνυμον. καὶ εἰς τὸ ὦκα. Cod. Gud. et Vindd.

Φυτόσκαφος καὶ φυτοσκάφος διαφέρει. προπαροξυτόνως ἡ ὑπὸ τὰ φυτὰ ἐσκαμμένη γῆ, παροξυτόνως δὲ ὁ τὰ φυτὰ περισκάπτων γεωργός. Cod. Gud.

Χειμάδια τόπος, ἐν ᾧ δεῖ παραχειμάσαι τῷ χειμῶνι, ἐφ' ᾧ ἄν τις δύναιτο χειμῶνος ἐγκαθορμήσασθαι ἤτοι χειμάσαι. χειμαδία δὲ ἡ τοῦ χειμῶνος ὥρα. Cod. Gud. et Vindd.

Χειροβοσκὸς ὁ διὰ τῶν χειρῶν βοσκόμενος, χοιροβοσκὸς δὲ ὁ τῶν χοίρων νομεύς. Cod. Gud.

Χιτωνίσκος ἱματίου διαφέρει. χιτωνίσκος μὲν ὁ κολοβων, ἱμάτιον δὲ αὐτὸ τὸ ὠμοφόριον. Cod. Gud.

Χυλὸς παρὰ τὴν χύσιν. διαφέρει δὲ χυμὸς καὶ χυλὸς, καὶ ἄμφω ὑγρά. ἐπεὶ τὸ ἐν πέψει καὶ ἐν ἑψήσει γεγονὸς χυμός. ἔστι δὲ χυμὸς γλυκὺς καὶ πικρὸς, τὸ ἀπέπτεον καὶ ἀνέψητον, πεφθῆναι δὲ δυνάμενον. ὡς τὸν καὶ ὀπώρας χυλὸν, ὡς καὶ τοῦ βίου μαρτυροῦντος. τὸ μὲν γὰρ καλέσαι ἑφθὴν σύγχυμον καλεῖ, τὸ δὲ ἄνεφθον ἀσύγχυτον. Cod. Gud.

Χωρῆσαι τὸ δέξασθαι, χωρίσαι τὸ διαμερίσαι. Cod. Gud. Haec iuxta pronuntiandi rationem Codicis Gud. accentu tantum differunt; η enim et ι confundit. v. in σταθμίζω, χρηστὸς caet.

Χωρίον, ἐν ᾧ κατοικοῦσιν ἄνθρωποι. χώριον δὲ τὸ ἔλυτρον, τὸ κάλυμμα τὸ συγγεννώμενον ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῖς βρέφεσιν, ἢ τὸ ἐκ τοῦ ἐμβρύου τοῦ τικτομένου. ἐκ τοῦ χέω. Cod. Gud.

Ψευδοπαιδεία. εἰ μὲν παρὰ τὴν παίδευσιν λέγεται ψευδοπαιδεία, ει, ἡ ψευδὴς παίδευσις, εἰ δὲ παρὰ τὸ παῖς, παιδὸς, λέγεται, ψευδοπαιδία, ἰῶτα. Cod. Gud.

Ψίω καὶ ψιάω, caet. ex Codice Gudiano, qui canonem quendam grammaticum illuſtraturus has ſimul differentias enodat ſub voce τιμὴν, quam hinc totam appono: Τιμὴν, τὸ τι ἰῶτα. διὰ τί; ἐκ τοῦ τίω. καὶ ἐκεῖνο διὰ τί; κανὼν ἐστὶν ὁ λέγων, τὰ διὰ τοῦ ιω ῥήματα δισύλλαβα, μὴ παρ' ἐνεστώτων ἢ μελλόντων γινόμενα, μηδὲ ἀπὸ πλεονασμοῦ ἔχοντα, μηδὲ ἀντιπαρακείμενον ἔχοντα τὸ ο, διὰ τοῦ ἰῶτα γράφεται, οἷον δίω, τὸ σημαῖνον τὸ διώκω, μέγα πεινάοντα δίεσθαι. λίω, τὸ σημαῖνον τὸ προθυμοῦμαι, ἐξ οὗ λιαρόν. ἔστι δὲ καὶ περισπώμενον λιῶ, λιήσω, λελίηκα, λελίημαι, λελιημένος. καὶ οὐκ ἐστὶν ἀπὸ τοῦ χλιαρὸν κατ' ἀφαίρεσιν, ὥς λέγουσί τινες. ψίω τὸ λεπτύνω καὶ ψιάω διαφέρει, καὶ ψιάς. σημαίνει δὲ τὸ παράγωγον ῥῆμα ἐλάττονα τινὰ οὐσίαν οὔτινος οὖν ὑποκειμένου. τοιοῦτον γάρ ἐστι καὶ τὸ ψαύω καὶ τὸ ψάλλω. τὸ ψείω. τὸ γὰρ ψαύειν τὸ ἧττονα τῷ πλήκτρῳ παίειν σημαίνει, καὶ τὸ ψαύειν, ἧττον τοῦ καθάπτεσθαι. ὁμοίως καὶ τὸ ψίχειν. οὕτως οὖν καὶ τὸ ψίειν, οὗ προκατάρχει τὸ ψῶ, ἀφ' οὗ ὁ ψωμὸς, τὸ ἔλαττον παρὰ τὸν ἄρτον. καὶ Ὅμηρος δηλοῖ· ψιάδας κατέχευεν ἔραζε. κτίω, ἐξ οὗ καὶ ἐϋκτίμενον πτολίεθρον. πίω, ἐξ οὗ καὶ πιομένης ἐκ βοτάνης, ὁ μέλλων πίσω, καὶ πίσος καὶ πίσεα ποιήεντα, σημαίνει δὲ τὰ ὕδατα. ψιὰς δὲ λέγουσι τὰς κατ' ὀλίγον κατερχομένας δρόσους. ἴω μετὰ τοῦ στερητικοῦ α, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν, ἀνίω· ταύτην δ' οὔτ' ἐπεὶ προτιβάλλεται, οὔτ' ἔτι ἔργῳ, ἀλλ' ἀνίεις. σημαίνει δὲ τὸ ἀναπείθεις. τίω βαρύτονον μὲν σημαίνει δύο, τὸ τιμωρῶ καὶ τὸ τιμῶ, περισπωμένως δὲ τὸ λυπῶ, οὗ ὁ μέλλων τιήσω, τετίηκα, τετίημαι, τετιημένος, καὶ τετιημένον φίλον ἦτορ. πρόσκειται δισύλλαβα, διὰ τὸ ἀρχειῶ καὶ σημειῶ. τὸ κλείω κατ' ἄλλον κανόνα γράφεται διὰ τῆς ει διφθόγγου. πρόσκειται, μὴ παρ' ἐνεστώτων ἢ μελλόντων, διὰ τὸ θῶ, θείω, καὶ βρώσω, βρωσείω, ὄψω, ὀψείω, ὄφρ' ἂν ἐγὼ βείω. τὸ δὲ βιῶ, εἰ μὲν ἐστὶ περισπώμενον δευτέρας συζυγίας, βιᾷς, καὶ γίνεται ἐκ τοῦ βία. καὶ Ὅμηρος· ὡσεὶ ἐβίαο τὸ μοῦνον ἐόντα. καὶ ἐβιήσατο παῖδας. τὸ δὲ βιῶ, βιοῖς, βιοῖ, ἔστι τρίτης συζυγίας τῶν περισπωμένων, ὁ μέλλων βιώσω. γίνεται ἐκ τοῦ βίος. καὶ εἰς μι ῥῆμα βίωμι, καὶ ἡ μετοχὴ βιοὺς, καὶ τὸ ἀπαρέμφατον βιῶναι. πρόσκειται, μὴ ἔχοντα ἀπὸ πλεονασμοῦ τὸ ἰῶτα, διὰ τὸ σείω. τοῦτο γὰρ ἀπὸ πλεονασμοῦ ἔχει τὸ ἰῶτα. ἔστι γὰρ ῥῆμα σέω τὸ σώζω, καὶ τροπῇ τοῦ ε εἰς α γίνεται σάω, ὁ παθητικὸς σάομαι, ὁ ὑπερσυντελικὸς παθητικὸς ἐσαόμην, τὸ δεύτερον ἐσάου, καὶ τροπῇ δωρικῇ τῆς ου διφθόγγου εἰς ω, ὡς βοῶ, βῶ, καὶ συναρχόμενον γίνεται σάω. καὶ ἡ χρῆσις, σάω δ' ἐρίηρας. εἶπε μὴ ἔχοντα ἀντιπαρακείμενον τὸ ο διὰ τὸ κλείω τὸ τιμῶ, κλοιός. cf. Iliad. XVIII. 162. et XX. 9. ibique Schol. adde Etym. M. v. ψεδνός.

Ὦχρος, ἡ ὠχρίασις, ὠχρὸς δὲ ὀξυτόνως ὁ χλωρὸς καὶ ἁπαλὸς, παρὰ τὸ χροῦς, χροός. τί διαφέρει ὦχρος καὶ ὠχρός; ὦχρος λέγεται προπερισπωμένως αὐτὴ ἡ ὠχρίασις, ὠχρὸς δὲ ὀξυτόνως ὁ μετέχων τῆς ὠχριάσεως. Cod. Gud.

LVDOV. CASP. VALCKENAER

ANIMADVERSIONVM

AD

AMMONIVM GRAMMATICVM

LIBRI TRES.

IN QVIBVS VETERVM SCRIPTORVM LOCA
TENTANTVR ET EMENDANTVR.

ACCEDIT

SPECIMEN SCHOLIORVM AD HOMERVM INEDITORVM
EX CODICE VOSSIANO
BIBLIOTHECAE LVGDVNO-BATAVAE.

VIRO CONSVLARI,

AMPLISSIMO

D. IOANNI VAN DEN BERGH,

VIRTVTE IN BELLO ET IN OTIO LVCVLENTER ILLVSTRATA, MVNERIBVS IN PVBLICAE REI COMMODA PRAECLARE ADMINISTRATIS,

ET

NATALIVM SPLENDORE NOBILISSIMO,

S. P. D.

L. C. VALCKENAER.

Si forte vaces, VIR ILLVSTRISSIME, et istius diei memineris, quo Consularis Collegii Princeps ad interiores Bibliothecae Leidensis recessus aditum mihi patefaciebas, meque honorifico etiam colloquio sponte Tua dignabaris, non aliunde Tibi erit quaerendum, quid causae sit, quapropter meae erga Te venerationis et observantiae qualecunque pignus, Animadversionum libros, Tua in civitate conscriptos, extare tanto opere voluerim.

Etsi non dubito, quin plurimum apud Te valuerit Davidis Royeni, qui ad reliqua praeclari viri

ornamenta generosam politae eruditionis laudem adiecit, commendatio, vel Tui tamen solius adversus omnes prolixa voluntas, qui se literas amare profitentur, me etiam voti reddidisset compotem. Id ut credam, facile inducor, ubi Te mihi verecunde ob oculos pono.

Nobiles excelsi animi virtutes, Batavis Annalium conditoribus olim materiam suffecturas, inportuno praeconio non obteram, ne et Tibi sim odiosus, et ab aliis gravi adsentationis suspicione premar, a quo ignobili facinore tam sum remotus, quam qui longissime.

Verum, quod pace Tua dictum velim, summa comitas, in Tui ordinis hominibus mihi usque etiam (quidni faterer?) inexperta, cui Tu personae, quam sustines, gravitatem sapienter adsuefecisti, quaque etiam me plus semel excipiebas, mirificum Tui amorem, et venerationem prope singularem grato pectori infudit.

Is honor, quo Tu Musicas artes earumque cultores dignari videbare, effecit, ut serio cogitem in ea via gnaviter progredi, quam coepi.

Ita enim se res habet, Vir Amplissime; literae nativa suavitate cultores suos quam cumulatissime beant: dici tamen non potest, quanto hae literae videantur pulcriores, si qui potentes et nobiles eas commendatione sua non indignas esse existiment.

Atque ea si ratione versarentur, qui humaniores artes publice tractant, et aliquo laudis irritamento

teneros animos commoverent, dubitari non poteſt, quin ingenui adoleſcentes, qui rebus nihil profuturis bonae mentis ſemina deprimunt atque extingnunt, moniti animum erigerent, et caſtiſſimo artium liberalium ſtudio emendare niterentur.

Haec certe fuit illius ratio, quem unum omnium colo maxime, Tiberium dico Hemſterhuiſium, Virum Tuo, Illvstrissime van den Berghi, et magnorum hominum iudicio incomparabilem, cuius dotes pene divinas, et ſupra invidiam omnino poſitas, mihi propius et frequenter demirari contigit. Qui nulla re alia, in huius facilitate gloriari ſoleo, erga me etiam tanta, ut, ſi propius a doctore meo abfuiſſem, has chartas longe pauciores maculae foedarent.

Errores autem, quos ſine controverſia plurimos commiſi, adeo me non deterruerunt, quin magnum nomen huic opuſculo praefigerem. Hae res aliter non conſtant; errandum eſt, Vir Sapientissime; ſed cum venia erramus. Alienum laborem indoctae multitudini ambitioſe non venditantes, quaedam detegimus vera, neque ab iis, qui ante nos fuerunt, animadverſa.

Quod non eo dico, ut id mihi laudi duci velim: nam earum literarum, quas hic potiſſimum ſum ſectatus, immenſa eſt atque infinita amplitudo; ad eam quisquis tandem acceſſerit, etſi neque ab ingenio, neque a iudicandi facultate paratiſſimus, tamen fieri nullo modo poteſt, quin aliquid reperiat

ab aliis praetermiſſum, dummodo animum a formidine et praeiudicatis opinionibus liberum ſibi vindicaverit.

Hac ſola ſpe me ſuſtinui, et Animadverſiones, quibus ſcribendis academico curriculo laetus finem inpono, grati animi leve teſtimonium, Tibi, Vir Illvstrissime, inſcribere non dubitavi.

Itaque etiam rogo atque etiam, ut dignitatem Tuam tantiſper tegere, et libellum meum facilis ſuſcipere non dedigneris; meque adverſus eos tuearis, qui, literis in univerſum moleſti, ut noſtra etiam conamina deprimant, ſeveris ſtudiis invigilandum eſſe contendunt.

Vale, Vir Amplissime, et reipublicae ac literarum commodis quam diutiſſime invigilato. Dabam Lugduni in Batavis, pridie Idus Octobreis, cIↄIↄcccxxxix.

LUDOVICI CASPARI VALCKENAER 1*

LIBER PRIMUS

ANIMADVERSIONUM

AD

AMMONIUM

GRAMMATICUM.

CAPUT PRIMUM.

῎Αβαξ et ᾿Αβάκιον. Caliclare. Glossarium Laconicum emaculatur. ᾿Αβεβήλου et Βεβήλου discrimen. Suidas et Philoxenus emend. Sophocles exponitur. ῎Αγχιστος, finitimus: hinc ἀγχιστὴρ et ἀγχιστεύς. Periculum in Orpheo. Quid fuerint Athenis ἀγχιστικὰ δίκαια? Lex Attica, Petito ignota, eruitur ex Ammonio. Emendatur oraculum apud Demosth. Proximo iusta faciebat ὁ ἀγχιστεύς. is haeres erat intestati. Quid sit ἀγχιστίνδην γαμεῖν; Tentatur corruptissimus Hesychii locus.

῎Αβαξ καὶ ᾿Αβάκιον διαφέρει. ῎Αβαξ μὲν γὰρ, ἐφ᾿ οὗ τὰ πράγματα παρατιθέασιν· ᾿Αβάκιον δὲ, ἐφ᾿ οὗ ψηφίζουσιν.] *Isaaco Vossio*, pro πράγματα, τραγήματα legendum coniectanti, nonnihil favet *Cratinus*, qui βαλάνων ἄβακα usurpavit, teste *Polluce* X. 105. ubi in *Lysiae* loco,

---

* Numeri marginibus additi indicant paginas editionis Lugduno-Batavae.

quem adducit *Pollux*, eodem ſenſu accipiendum putem
2 *ἀβάκιον*, quo expoſuit *Noſter*, neque aliter adhibuit *Alexis* apud *Athenaeum* III. p. 117. F. emendante *Caſaubono*,

Δίκαιος ὁ λόγος· ἀβακίου ψῆφον λαβέ.

Receptam in *Ammonio* ſcripturam ſollicitare non auſim. Prudenter ſine dubio *πράγματα* poſuit *Grammaticus*, ut indicaret, variis rebus reponendis *abacum* inſerviiſſe. Hinc non diſcedit *Orion*, qui *ἄβακα* —— *ἐπὶ οἵας δήποτε σανίδος* dici, obſervat apud *Etymologum* in *Ἄβαξ*. Egregia eſt in rem noſtram *Doſithei*, MS. in Bibliotheca *Lugd. Batava*, Gloſſa: *Ἄβαξ*, *caliclare*. id eſt *κυλικοφορεῖον*, ſive *κυλικεῖον*, *Vaſarium*, *Delphica*. Pro *ἄβαξ* Lacedaemonii *ἀμάκιον* dixerunt; temere ſollicitari non debet *Heſychius*: *Ἀμάκιον*, *ἄβαξ· Λάκωνες*. Non raro *μ* loco τοῦ *β* eorumdem uſu fuit tritum. Gloſſarium Laconicum *Heſychio* inſertum: *Ἄμυσσος*, *κῆτος*, *Λάκωνες*. Emendo: *Ἄμυσσορ*, *κῦτος*, *Λ.* Cogita, quaeſo, *μέγα λαῖτμα θαλάσσης*. Eo lubentius operam meam ſubinde *Heſychio* addicam, quia id non nolle comperi liberalem excellentis libri ſtatorem *Ioh. Alberti*, qui mihi puerulo, quod adoleſcentior laetus recolo, literarum, quas plaudentibus Muſis exornat, primus iniecit deſiderium.

Ἀβέβηλα καὶ βέβηλα διαφέρουσιν] Ex *Ammonii* regula tantum ab invicem veterum uſu diſtabant, quantum *ἱερὰ* et *ὅσια*, *ſacra* et *religioſa*. Multa, quae ad manum ſunt, praetermitto. Proclive ad hunc modum emendaſſe *Suidam*: *Ἀβέβηλα, τὰ μὴ βάσιμα χωρία, ἱερὰ δὲ, καὶ μὴ ὅσια. Βέβηλα δὲ ἐλέγετο τὰ μὲν ὅσια, μὴ ἱερὰ δέ.*
3 Si quis interim contendat, vulgatam *Suidae* deberi, propter exiguum hominis iudicium, qui corruptos codices ſequi potuerit, non valde obnitar. Vocabuli *ἀβέβηλος* originem commode expreſſit *Sophocles* in Oed. Col. ubi ad hanc rem plurima reperies, v. 36.

Ἔξελθ᾽· ἔχεις γὰρ χῶρον οὐχ ἁγνὸν πατεῖν.

Ibid. v. 123. *ἀστιβὲς ἄλσος*. Conf. *Eurip.* Helen. v. 875. *Moſchopulus* in *Βέβηλον* —— *ἀβέβηλον*, inquit, *τὸ παν-*

τελῶς ἄδυτον. *Etymol. M.* p. 194. v. 1. *Βέβηλος*, ὁ βάσιμος παντί· πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ἀδύτου. Hinc corrige fodes Gloff. *Philoxeni: Inpenetrabile*, *Ἀδύνατον*, ὅπου τὶς οὐκ ἀφίεται εἰσελθεῖν. Lege: *Ἄδυτον*. Haec demum *Sophoclis* mentem, inter eos, quos fapientiffimus *Paulus* δεισιδαιμονεστέρους iudicabat, prudenter obvelatam, fi quid video, aperiunt. Locus eft ex Aleadis in *Stobaei* Floril. *Grotiano* p. 371.

Δεινὸς γὰρ ἕρπειν πλοῦτος ἔς τε τἄβατα
Καὶ πρὸς τὰ βατά.

Non folum vulgares animas auri fames erodit, fed et caftiores ifta lues receffus profanat, et in templorum adyta penetrat. τἄβατα, quae profano contingere non licebat, folis facerdotum fraudibus patebant. Opportune *Pollux* I. 8. ὁ μὲν εἴσω τῶν περιῤῥαντηρίων τόπος —— ἀβέβηλος, neque tamen id vocabuli hoc ufu offendiffe fefe fubiungit; modo recte *Polluci* tribuantur haecce: καίτοι οὐδέπω ἐντετύχηκα τῷ ὀνόματι. Utitur ifto fenfu *Heraclitus* in Allegor. *Hom.* p. 411. ubi in re fanequam exili graviter: ἡμεῖς δ' οἱ τῶν ἀβεβήλων ἐντὸς περιῤῥαντηρίων ἡγνισμεθα, σεμνὴν ὑπὸ νόμῳ τῶν ποιημάτων τὴν ἀλήθειαν ἰχνεύωμεν. 4 Quae vix dubitem, quin in adfini materia turgidum imitatorem habuerint.

Ἀγχιστεῖς] Ab *Ἄγχι*, *Ἄγχιστος*, *vicinum*, *finitimum* dicit, et cum propagine fua in *proximo fanguinis vinculo* defignando poftea fedem fixit. Prima poteftate utitur *Homerus* Od. *E.* v. 280. Apollinem in vicina urbe cultum ἄγχιστον vocat Iocafta in *Sophoclis* Oed. Tyr. v. 929. Bonum paftorem, ἄγχιστον ὀπάονα μήλων, *indivulfum ovium comitem*, *Pindarus* Pyth. Od. IX. v. 114. Hinc duplex forma ἀγχιστὴρ et ἀγχιστεύς. Priorem venuftiffime *Sophocles* adhibuit, *huiusce culpae proximum* vocans ἀγχιστῆρα τοῦδε τοῦ πάθους in Trachin. v. 259. quem locum peropportunum *Phaedro* admovit Vir Cl. *Petrus Burmannus*, I Fab. X. v. 5. ubi emendationis *R. Bentleii* inprimis habenda eft ratio propter eam ipfam *Tragici* ῥῆσιν: quam *affinem huiusce culpae* interpretatur

Ios. Scaliger, temere a *Tan. Fabro* in prim. *Scalig.* p. 4. notatus. In eadem Tragoedia habes μεταίτιον πάθους v. 264. et 265. *Adfinem negotiis Plautus* dixit Trinum. II. 11. v. 50. *corpus vitiis adfine Lucret.* III. v. 733. et quae huiuscemodi plura alibi prostant. Alterum porro, quod ad nos propius spectat, Ἀγχιστεὺς usus fuit in Attico iure creberrimi. Qui *Luciano* in Timone §. 51. συγγενὴς ἀγχιστεὺς, is *Terentio cognatus proximus* Adelph. V. VIII. v. 24. Si quis Athenis intestatus, et nulla relicta sobole moreretur, proximi haereditatem cernebant, et dicebantur Ἀγχιστεῖς· id postea ostendam. Filius patris ἀγχιστεὺς nulla ratione dici potuit; neque adeo Acastus, ex
5 historia fabulari cognitissimus, Πελίαο ἀγχιστεύς. Vegeta, et quae literarum cultorem veluti propria decet, cogitandi libertas facit, ut hac in parte modeste a Cl. *Burmanno* discedam. Primum adscribam v. 221. et seqq. ex Argonauticis, quae *Orphei* nomen praeferunt, tum super hoc loco coniecturam proponam.

Αὐτὰρ δὴ Πελίαο Φεραιόθεν ἤλυθ' ἄνακτος
Ἀγχιστεύς· νηὸς γὰρ ἐπ' Ἀργώας γεγένητο,
Ἄξεινον ποτὶ Φᾶσιν ἅμ' ἡρώεσσιν ἐλάσσαι.

Si quis ad *Orpheum* conferat *Apollonium Rhodium*, non poterit non in eam incidere cogitationem, pro ἄνακτος legendum Ἄκαστος. quod a *Cantero* et *Vossio* animadversum, didici ex Argonautarum catalogo, quem contexuit *Burmannus*, in v. *Anchisteus*. Hanc emendationem, me quidem iudice optimam, qui amplectetur, facile sentiet, maiori se difficultate inpediri; quam si removero, operae mihi videor facturus pretium. Primum observo, in secundo versu nullo prorsus sensu legi γεγένητο, et in ultimo etiam mendam latere. Corrige utramque legendo:

—— —— *νηὸς γὰρ ἐπ' Ἀργώας τε γέγηθε*
Ἄξεινον ποτὶ Φᾶσιν ἅμ' ἡρώεσσι πελάσσαι.

lubens enim voluit una cum heroibus Argoa navi ad inhospitalem Phasin accedere. Eo ipso istud γέγηθε veri habet speciem, quia *Hyginus* de Acasto, *hic*, inquit, *voluntarius Argonautis accessit, sponte sua comes Iasonis.*

Πελάσσαι placet, quia ad os Phasidis regia erat Aeëtae sedes; huc tendebat Iason. quin etiam v. 85. legere licet: *Phasin νηΐ σὺν Ἀργώῃ πελάσαι.* Hinc, nisi fallor animi, 6
abunde constat, *Orphei* locum plane mendosum, et inter illa merito esse numerandum, in quibus si quid calidius conieceris, reprehensionem non merearis. Hac spe illectus, integrum locum ad hanc rationem constituendum arbitrer:

Αὐτὰρ δ' Αἰσονίδαο Φεραιόθεν ἤλυθ' Ἄκαστος
Ἀγχιστεὺς· νηὸς γὰρ ἐπ' Ἀργώας τε γέγηθε
Ἄξεινον ποτὶ Φᾶσιν ἅμ' Ἡρώεσσι πελάσσαι.

Quum Iason et Acastus fuerint patrueles, is demum Iasonis *ἀγχιστεὺς* a poëta dici potuit.

Ibid. Ἀγχιστικὰ δίκαια] Ad tria potissimum capita reduci possunt: *ἀγχιστέων* enim habita fuit ratio in *iustis solvendis*; in *adeunda haereditate*; in *ducenda orba*. Singula attingam; neque enim eam lucem huic materiae adfudit *Samuel Petitus*, ut nullius amplius sit indiga, neque in Atticis legibus eruderandis et digerendis feliciter semper est versatus; quod cum ab aliis, tum pluribus exemplis ab *Heraldo* ostensum Animadv. in *Salm.* Observat. ad Ius Att. et Rom. Inter Atticas hanc etiam legem exhibuit *Petitus* LL. Att. L. VI. Tit. VIII. §. 11. *Τοὺς παῖδας ἢ τοὺς κληρονόμους, ἐπειδὰν ἀποθάνωσιν οἱ γονεῖς, ὅπως τῶν νομιζομένων τύχωσι, παρασκευάζειν.* *Petitum* audio, non Legislatorem Atticum; qui in ea lege tantum de liberis egerat, qui, quomodocunque fuerant a patre habiti, iusta mortuo facere tenebantur. Egregia sunt in eam rem, quae observavit *Heraldus* Anim. in *Salmasii* Observ. ad I. A. et R. L. I. C. VII. §. 7. et 8. Apage itaque ex ista lege *ἢ τοὺς κληρονόμους*. *Isaei* locus, qui *Petitum* 7
errori implicuit in comment. p. 500., ad aliam legem referendus est, quae *Petitum* praeteriit, et ex hoc ipso *Ammonii* loco hunc ad modum constitui potest; *ΤΟΥΣ ΑΓΧΙΣΤΕΑΣ, ΕΠΕΙΔΑΝ ΤΙΣ ΕΚ ΤΟΥ ΓΕΝΟΥΣ ΑΠΟΘΑΝΗι, ΑΝΤΙΠΟΙΕΙΣΘΑΙ ΤΩΝ ΤΟΥΤΟΥ ΔΙΚΑΙΩΝ.* *Si quis ex genere moriatur, agnati proximi iusta sibi vindicanto.* Oraculum Delphicum apud *De-*

mosth. adversus Macartatum p. 667. C. iubet τὰ πάτρια τοῖς ἀποφθινομένοις ἐνικνούμενα ἀμεραιτελεῖν τοὺς ποθήκοντας. Lego: ἐν ἱκνουμένᾳ ἀμέρᾳ τελεῖν· exponit inferius orator ἐν ταῖς καθηκούσαις ἡμέραις. Huc commode referri potest *Ciceronis* locus, quem veteri menda liberatum mihi suppeditavit, in magnum publicae rei columen et eruditae elegantiae ornamentum alte adsurgens, *Matthias Röverus*. Locus est II. de legg. c. 25. *Nam et Athenis iam illo more a Cecrope, ut aiunt, permansit hoc ius terra humandi, quam cum proximi iniecerant* etc. In literis ad me datis eruditissime evicit *more* poni pro *more maiorum* et legendum *iam olim more.* quo nihil acutius cogitari potest. A funeris curatione ἀγχιστεῖς dicti sunt ταφῆες et κηδεσταί. Doctissima est Ill. *Scaligeri* in Catal. vet. Poet. observatio p. 283. et 284. Commode *Hesychius*: Ταφῆες, κτερισταὶ, ἀγχιστεῖς. Alibi male legiter Ταρφῆες. Non spernendam lucem haec accendunt *Sophocli* in Antigone, Creon, qui regnum Thebanum, a germanae sororis Iocastae liberis haereditario iure in se devolutum, moderabatur,

Γένους κατ' ἀγχιστεῖα τῶν ὀλωλότων,

& uti ipse loquitur v. 178., cum Polynicis corpus humari vetuerat, Eteoclem v. 23,

——— ——— ——— ——— σὺν δίκῃ
χρησθεὶς δικαίᾳ καὶ νόμῳ κατὰ χθονὸς
ἔκρυψε, τοῖς ἔνερθεν ἔντιμον νεκροῖς.

Qui mortuo tanquam ἀγχιστεὺς iusta fecerat, eo ipso ius habere ad haereditatem adeundam censebatur. Egregius est in hanc rem locus *Demosthenis* in dicta oratione p. 667. B. qui *Heraldi* sententiam, loco supra citato §. 1. propositam, non parum adiuvat et confirmat. Indigenis, qui liberos non haberent, *Solon*, lata lege, liberam fecit haeredem, quemcunque vellent, scribendi potestatem; docet *Petitus* comm. ad LL. Att. p. 478. Eam legem tulisse dicitur, οὐχ ἵν' ἀποστερήσῃ τοὺς ἐγγύτατα τῷ γένει τῆς ἀγχιστείας, ἀλλ' ἵνα, εἰς τὸ μέσον καταθεὶς τὴν ὠφέλειαν, ἐφάμιλλον ποιήσῃ τὸ ποιεῖν ἄλλους εὖ. uti auctor est *De-*

mosthenes in Leptinea p. 374. C. quem locum truncavit *Petitus*, neque pleniorem *Meursius* attulit in Them. Att. L. II. cap. XIII. In *Ulpiani* commentario ad istum locum: *οὐχ ἵν᾽ ἀποστερήσῃ τοὺς ἐγγυτάτω (L. ἐγγύτατα τῷ) γένει τῆς συγγενείας καὶ τοῦ κλήρου.* Intestati haereditatem cernebant οἱ ἀγχιστεῖς. potius τῶν ἀγχιστέων τοὺς ἐγγυτέρους cum *Eusebio* dixeris de vita Constant. L. II. C. XXXV. secundum ordinem a *Petito* p. 484. indicatum usque ad consobrinorum liberos. *Demosth.* adversus Macart. p. 661. *inter eos est*, inquit, *quos tangit Legislator*, *καὶ μέχρι ὧν ὁ νόμος κελεύει τὴν ἀγχιστείαν εἶναι, ἀνεψιοῦ γὰρ Ἁγνίου παῖς ἐστιν.* Docet in eadem oratione, iussisse Solonem *κρατεῖν τοὺς ἄῤῥενας καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀῤῥένων* p. 669. B. Huc refer *Glossam*: *Ἐξ ἀῤῥενογονίας ἀγχιστής*, *agnatus*. Denique ἀγχιστεὺς eximie etiam dicebatur, qui virgini ἐπικλήρῳ genere erat proximus, eamque uxorem ducere ex lege *Solonis* tenebatur. Eam legem exponit *Petitus* in comm. p. 441. seqq. et fuse exsequitur *Heraldus* Anim. in *Salmasii* Obs. ad I. A. et R. L. III. cap. XV. §. 1—5. cum Mosaica lege comparavit Ill. *Grotius* ad *Matth.* Evang. I. 16. Cognatus, qui orbam ducebat uxorem, is Athenis dicebatur *Ἀγχιστίνδην γαμεῖν.* quod ab iis, quos nominavi, non fuit monitum. *Moschopulus περὶ σχεδῶν* p. 190. *Ἀγχιστίνδην γαμεῖ, ὅταν εἰς γάμον ἄγηται τὴν ἔγγιστα τοῦ γένους.* *Etymologus* p. 14. v. 47. *Ἀγχιστίνδην, τὸ κατὰ ἀγχιστείαν.* editur ἀγχιστίαν. Primus in axibus usurpavit *Solon.* Suspicionem movet corrupta *Hesychii* glossa: *Ἀγχιστίνδην, ὀμνύων ἐγγὺς τῶν βωμῶν, παρὰ Σόλωνι.* Binas notas, quae in unam coaluerunt, ita separandas iudico: *Ἀγχιστίνδην. . . . παρὰ Σόλωνι. Ἀγχιστίῃ ὀμνύων, ἐγγὺς τῶν βωμῶν.* Hac quidem emendatione nihil certius.

CAPUT II.

Quaenam sit secundum Grammaticos inter Ἀγοραῖος et Ἀγόραιος discriminis ratio? Dii forenses. Cornutus obiter emend. Ἀγοραῖος socio, lixa. Recepta Xeno-

phontis lectio sollicitatur. Cur Ἀγόραιος hominem nauci et scurram notet? De Ammonii scriptura subdubitatur. Differentia inter Αἰτεῖν et Αἰτεῖσθαι.
10 *Tzetzes, Harpocr. et Demosth. emendantur. In libro Vossiano reponitur titulus Comoediae Menandri.*

Ἀγόραιος, ἐὰν προπαροξυτόνως, σημαίνει τὸν πονηρὸν, τὸν ἐν ἀγορᾷ τεθραμμένον· ἐὰν δὲ προπερισπωμένως, σημαίνει τὸν ἐν ἀγορᾷ τιμώμενον.] Qui ad hanc legem veterum loca corrigenda censuere, vereor, ut omnes Grammaticorum mentem ceperint. Ad eam intelligendam facem nobis praetulit *Tib. Hemsterhuisius* Vir Clariss. ad *Poll.* IX. 12. Sicuti in hac officina Ἀγροῖκος et Ἀγρεῖος is dici traditur, *qui ruri vitam degit*, contra Ἄγροικος et Ἄγριος, potestate ad mentem translata, *homo inurbanis moribus et incultis:* pari ratione Ἀγοραῖος eximie quidem dicitur deus fori praeses, sed et eum denotat, qui forensem eloquentiam sectatur, sive etiam mercimoniis emendis vendendisve in foro aetatem conterit: Ἀγόραιος vero, cuius mentem forenses sordes inquinarunt, secundum *Ammonium* σημαίνει τὸν πονηρὸν, τὸν ἐν ἀγορᾷ τεθραμμένον. Huc, quae ab eruditis viris fuere notata, et quae plura addi possent, universa commode referri queunt. *Hesychius:* Ἀγοραῖος Ζεὺς, ad *Aeschyli* Eumen. v. 976. Praeter alios in foro statutos, de quibus paucula *Heraldus* I. Digress. XIV., inprimis innotuit Mercurius ὁ ἀγοραῖος, ὁ παρὰ τὴν ποικίλην, *Luciano* Iov. Tragoed. T. II. p. 147. ubi notat Schol. p. 13. *Cornutus* de Nat. Deor. p. 169. λέγεται δὲ καὶ ἀγοραῖος πρῶτος (fors. πρόεδρος), εἰκότως· ἐπίσκοπος γὰρ τῶν ἀγοραζόντων τὶ ἢ πιπρασκόντων, ὡς κατὰ λόγον πάντα ποιεῖν δεόντων, non δεόντως. Nihil itaque est, cur *Salmasius Ammonii* τὸν ἐν ἀγορᾷ τιμώμενον sollicitaverit. Quod reponi volebat, τὸν ἐν ἀ. τι
11 ὠνούμενον, sive, quod postea malebat, τι πωλούμενον, oppido acutum est et eruditum. Ἀγοραῖοι hoc sensu dicerentur *pusilli negotiatores*, qui mercantur a mercatoribus, quod statim vendant, de quibus multa notavit in libris de Usur. et de Modo Usurar. *Salmasius*, et concinno ordine

Heraldus Anim. ad *Salm.* Obſ. ad I. A. et Rom. L. II. c. 11. §. 6. et ſeqq. In huiusce generis cociones faceta ſunt Comicorum dicta apud *Athenaeum.* Tales diris devovet *Archeſtratus* in Gaſtronomia apud eundem III. p. 92. E.

—— —— —— τοὺς κήρυκας δ' ἐπίτριψαι
Ὁ Ζεὺς, τούς τε θαλασσογενεῖς καὶ τοὺς ἀγοραίους,
Πλὴν ἑνὸς ἀνθρώπου.

Tradit *Xenophon* Hellen. VI. p. 586. E. hoſtes fuiſſe deterritos, τὸν ἀγοραῖόν τε ὄχλον ἰδόντας καὶ τὸν τῶν θεραπόντων καὶ τὸν τῶν ἀνδραπόδων. Cum iſta hominum turba, qui cum mercibus ſuis caſtra comitari ſolebant, non bene conveniunt in una ſede ordinis honoratioris θεράποντες, ac proinde non invitus reponerem καὶ τὸν τῶν παρεπόντων. *lixis puerorum, quondam exercitus proſequentibus* dixit *Salvianus* de Gubern. Dei VII. p. 155. ubi vide *Rittershuſium.* Porro Ἀγοραῖον etiam dicebatur, quodcunque ad forum ſive forenſem eloquentiam propius ſpectabat: Ἀγοραῖα ἐπιτηδεύματα vocat *Aeſchines* Epiſt. IV. *Lucianus* Amor. T. I. p. 879. προὔστατο —— ταυτησὶ τῆς ἀγοραίου ῥητορικῆς. Quum vero cocionum genus malis artibus et verſutiis inviſum eſſet et infamatum, neque garruli ſophiſtae et forenſes rabulae maiori eſſent in pretio; accidit, ut quosvis homines nequam et nauci ἀγο- 12
ραίους vocaverint. Huc pertinent obſervationes *Grotii* et *Pricaei,* quas ſupra indicavi. *Ammonii* verba ſunt: Ἀγόραιος, ἐὰν προπαροξυτόνως, σημαίνει τὸν πονηρὸν, τὸν ἐν ἀγορᾷ τεθραμμένον. Suſpicabar, legendum τετριμμένον. Non pauca ſunt, quae eam mutationem ſuadeant. *Ariſtoph.* Nub. v. 446. περίτριμμα δικῶν vocat, quem *Demoſth.* de Coron. p. 331. B. σπερμολόγον, περίτριμμα ἀγορᾶς. *Iſocrates* Epiſt. 8. p. 1020. οἱ τὰ βήματα κατατετριφότες. *qui fora ſollicitabant, Corn. Gallo* El. 1. v. 129. Sed peropportunum locum, quo recepta in *Ammonio* ſcriptura defendi poſſit, ex *Ariſtoph.* Equit. v. 293. ἐν ἀγορᾷ κἀγὼ τέθραμμαι, mihi indicavit, quem honoris cauſa nomino, Celeberr. *Weſſelingium.* De uſu vocis

Ἀγόραιος, ab *Ammonio* indicato, multa possent notari, quibus satius fuerit abstinuisse.

Αἰτῶ καὶ Αἰτοῦμαι διαφέρει.] Secundum *Ammonium* *Αἰτεῖσθαι* significat, aliquid *utendum* sive *mutuum petere*, *χρήσασθαι εἰς ἀπόδοσιν.* *Thomas M.* *Αἰτοῦμαι λέγουσιν, ὅταν ζητῇ τις ὃ μέλλει ἀποδώσειν.* Tetigit hunc usum *Salmasius* de Usur. cap. XX. p. 619, 620. de Mod. Usur. c. VII. p. 298. et priori in loco Grammaticorum distinctionem contulit ad Evang. *Matth.* c. V. v. 42. ubi *δανείσασθαι* idem quod *αἰτήσασθαι.* *Tzetzes* exponens *Hesiodi* ἔργ. v. 453. *εὔκολον γὰρ λόγιον*, inquit, *τῷ μὴ ἔχοντι γεωργῷ βόας, αἰτεῖσθαι παρ' ἑτέρου. ῥᾳδιώτερον δὲ κἀκείνῳ ἐστὶν ἀρνήσασθαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι πάρεστι καὶ ἡ δωρὶς τοῖς βουσίν. Αἰτῶ καὶ αἰτοῦμαι διαφέρει.* Quae ex *Tzetzae* commentario excidisse iudicabat *Daniel Heinsius*, ipsa sunt *Ammonii* nostri verba. Quid vero in *Tzetzae*
13 verbis *ἡ δωρίς*; Legendum videtur *ἡ ἄροσις*. *Schol.* *Oppiani* II. Hal. v. 19. *ἄροσις βοῶν καὶ σῖτος ἔργα Δηοῦς.* *Menandri* versiculo *Suidas* in *Αἰτούμενος* subiungit *τὸ μὲν αἰτῶν εἰσαεὶ ἕξων· τὸ δὲ αἰτούμενος λαβὼν αὖθις ἀποδώσων·* quacunque demum auctoritate motus, minus recte hunc locum edidit *Kusterus*. Aliquoties in orat. adv. Timoth. *Demosthenes* p. 700. B. *ἐκέλευσεν αἰτήσασθαι στρώματα, καὶ ἱμάτια, καὶ φιάλας ἀργυρᾶς δύο, καὶ μνᾶν ἀργυρίου δανείσασθαι.* ubi manifestum discrimen inter *αἰτήσασθαι*, *stragula*, *vestes*, *phialas*, *utenda petere*; et *argenti minam δανείσασθαι*, *ita mutuam rogare*, *ut cum foenore sis redditurus*; quod nihilominus *Salmasii* sententiam, quam modo memorabam, minime labefactat. In eadem orat. *Dem.* p. 705. A. *περὶ δὲ τῶν φιαλῶν, ἃς ᾐτήσατο ἐν τῷ Μαιμακτηριῶνι μηνὶ* male editur. Similiter *aurea et argentea pocula αἰτησάμενοι* *Thucyd.* VI. c. XLVI. *Schol.* *χρησάμενοι· τὸ δὲ αἰτήσαντες, ἀντὶ τοῦ, λαβόντες ἄνευ τοῦ μέλλειν ἀποδώσειν.* Porro Grammatici frequenter vim *τοῦ αἰτεῖσθαι* reddidere per *κιχρᾶσθαι*, quod idem est ac *δανείζεσθαι*, docente *Salmasio* de Usur. Cap. VII. p. 168, 169, 170. Miror viros eruditos non emaculasse locum *Harpocrationis*: *Ἠιτημένην, ἀντὶ τοῦ*

κεχρημένην. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ᾽ Εὐέργου, εἰ γνήσιος. ὅτι μὲν αἰτεῖσθαι ἔλεγον τὸ κεχρῆσθαι. Inepte *Blancardus* κεχρημένην *indigentem* interpretatur; non poterat tamen aliter. Ex Suida emendandus est *Harpocr.* ad hanc normam: Ἠιτημένην ἀντὶ τοῦ κιχρημένην (*commodatam*) —— καὶ γὰρ αἰτεῖσθαί ἔλεγον τὸ κιχρᾶσθαι. Hinc corriges *Etymologum* in Ἠιτημένον. Poſſet tamen etiam κεχρησμένην in *Harpocr.* ſcribi. Vide *Salmaſ.* de modo uſur. cap. v. p. 191. Porro *Demoſthenis* locus *Harp.* citatus in- 14
ſigniori menda liberandus eſt p. 685. C. τὰ πρόβατα λαμβάνει ποιμαινόμενα πεντήκοντα * μαλακὰ, καὶ τὸν ποιμένα μετ᾽ αὐτῶν, καὶ πάντα τὰ ἀκόλουθα τῇ ποίμνῃ ἔπειτα παῖδα διάκονον ὑδρίαν χαλκῆν ἀποφέροντα ἀλλοτρίαν ᾐτημένην πολλοῦ ἀξίαν. *Molles oves*, πρόβατα μαλακὰ oratorem dixiſſe, non crediderim. Scribe mihi quaeſo μαλλωτὰ, et habebis manum *Demoſthenis*. Error non diſſimilis apud *Ammonium* in v. τάπητες. Deinde non ſatis placet, iungi ἀλλοτρίαν ᾐτημένην· ſed ne quid nimis. Nihil ad hanc rem aptius *Menandri* verſu ἐν τῷ Ὕμνιδι· quem praeter *Suid.* et *Harpocrat.* conſervavit *Ammonius:*

Οὐ πῦρ γὰρ αἰτῶν, οὐδὲ λοπάδ᾽ αἰτούμενος.

Titulum fabulae *Menandreae* reſtituam in *Grammatico* inedito, qui in Adverſariis *Iſ. Voſſii* MSS. proſtat: Ἀττικοὶ γὰρ τὸν ἐμὲ φασὶν, ὡς καὶ Καλλίμαχος —— καὶ Μένανδρος ἐν ὕδατι, τὸν ἐμὲ τουτονί. Ubi ἐν Ὕμνιδι videtur ſcribendum.

CAPUT III.

Αἶνος pro breviori veterum dicto frequentatur ab Euripide; huius fragmentum emaculatur. Archilochi fabulam reſpicit Ariſtoph. Variantem lectionem e Scholiis Hom. ſumſit Euſtathius. Verſiculi liberius tentantur. Ἀρχαῖος *eiuscemodi in dictis uſurpari ſolet. Doloſa vulpes, κερδαλῆ Archilochi.*

Αἶνος καὶ Παροιμία διαφέρει.] Differentiam, quam in
15 hac nota tradit *Lucillius Tarrhaeus*, *Erasmo*, *Grotio*, *G. I. Vossio* probatam, non adeo sollicite veteres videntur observasse. Hi non solum *apologos*, sed et quaevis *breviora* antiquiorum hominum *dicta*, primaevae simplicitatis et illibatae sapientiae pulcerrimas reliquias, *αἴνους* vocaverunt. Florilegium *Stobaei Grot.* abunde suppeditabit, quo id ostendi possit. *Moschio* p. 473.

Ἦν ἄρα τρανὸς αἶνος ἀνθρώπων ὅδε·
Ὡς τὸν πέλας μὲν νουθετεῖν βραχὺς πόνος.

Auctorum nomina in *Stobaeo*, admodum dubia fide nobis tradita, suspicionem movent; istud fragmentum *Euripidae* tribuendum. Is quidem in Tragoediis, quae integrae ad nos pervenerunt, quod meminerim, nuspiam voce *αἶνος* usus, unus omnium frequentissime eandem, isto, quo dicebam, sensu, in fragmentis a *Stobaeo* conservatis adhibuit. Iu Danae p. 309. Dictye p. 363. Menalippe p. 475. Aeolo p. 477. Postremum locum adscribam, quia levis macula neque ab Illustri *Interprete*, neque a *Barnesio* animadversa, eius nitorem obfuscavit.

Φεῦ φεῦ· παλαιὸς αἶνος ὡς καλῶς ἔχει,
Γέροντες οὐδὲν ἐσμὲν ἄλλο, πλὴν ὄχλος
Καὶ σχῆμ᾽, ὀνείρων δ᾽ ἕρπομεν μιμήματα.

Sentis, opinor, vitium; meas certe aures offendit *πλὴν ὄχλος*, et mox incidit *χλόος*· neque id absurdum. *Hesychius: χλόος, χλωρίασις.* Dum intenta mente *Euripideam* sententiam considero, malo: *πλὴν λόγος· fabula et umbra. Terentius* Hec. IV. III. v. 14.

16 —— —— *postremo nos iam fabula*
Sumus, Pamphile, senex atque anus.

Interim *λόγος* alio etiam sensu accipi potest. Haec quamvis ita se habeant, vocabulum *Αἶνος* eximie pro *apologo* fuit usurpatum, uti ex locis *Archilochi*, *Hesiodi*, et *Callimachi* ab *Ammonio* adductis constat. Prima *Archilochi ῥῆσις* animadversione nostra perquam digna est:

Αἶνός τις ἀνθρώπων ὅδε·
Ὡς ἄρ᾽ ἀλώπηξ κᾀετὸς
ξυνωνίην ἔθεντο.

Hanc fabulam refpicit *Ariftophanes* Avib. v. 652.

—— *ὅρα νυν, ὡς ἐν Αἰσώπου λόγοις*
Ἐστὶν λεγόμενον δή τι· τῆς ἀλώπεχ᾽ ὡς
Φλαύρως ἐκοινώνησεν αἰετῷ ποτέ.

Schol. *ὅτι σαφῶς ἀνετίθεσαν Αἰσώπῳ τοὺς λόγους, καὶ τοῦτον τὸν παρὰ τῷ Ἀρχιλόχῳ λεγόμενον, καίτοι πρεσβυτέρῳ ὄντι.* Idem hicce *Archilochi* locus *Pindaro* fortaffe obverfabatur Ifthm. Od. IV. v. 79. fed profundi poetae mentem plane perfpectam non habeo. *Euftathius* locis fupra a me indicatis *Archilochi* verficulos ex *Ammonio*, quem *Herennium Philonem* vocat, petitos non fine aliqua fcripturae differitate exhibuit ad Il. *Α*. p. 796. *αἶνός τις ἀνθρώπων, ὡς ἄρ᾽ ἀλώπηξ καὶ ἀετὸς ξυνωνίην ἔθεντο.* (atque ita ex *Euftath. Phavorinus* in v. *Αἶνος.*) poftea ad Odyff. *Ξ*. p. 556. *Ἀρχίλοχος δέ φησιν, ὅτι αἶνός τις ἀνθρώπων ὅδ᾽, ὡς ἄρ᾽ ἀλώπηξ ἠδ᾽ ἀετὸς ξυνωνίην ἔμιξαν, ἢ καθ᾽ ἑτέραν γραφὴν, ἔθεντο.* Cave, hinc fufpiceris, *Ar-* 17
chilochi opera verfaffe *Euftathium*, quae priorum faeculorum barbaries dudum neglexerat: variantem is lectionem, *ἔμιξαν*, haufit e veteribus fcholiis *Homericis*, quae magnam partem hodiedum fuperfunt. In iis ad Od. *Ξ*. v. 508. fub tefte *Archilocho* id ipfum reperire licet; in *Scholiaftae* nota conftituenda minus profecto verecunde verfatur *Barnefius*, fed ea lis noftrum nunc fcopum non tangit. De *Archilochi* fcriptura follicitus vix dubitem, quin paucula ex eius verfibus exciderint: dum *Euftathius* nihil nos iuvat, quid vetat coniectaffe? Fieri potuit, ut hac ratione olim fcripferit *Archilochus:*

Αἶνός τις ἔστ᾽ ἀρχαῖος ἀνθρώπων ὅδε,
Ὡς ἄρ᾽ ἀλώπηξ κερδαλῆ τε κᾀετὸς
ξυνωνίην ἔθεντο.

Si non in certas metri leges peccasse deprehendar, nihil posui, quod non verosimillima ratione probari possit ab *Archilocho* profectum, et brevitatis studio ab *Ammonio* praetermissum. Primum, ἀρχαῖος in huiuscemodi dictis peropportunum, et semper fere adhiberi solet. Locis supra a me indicatis, in quibus παλαιὸς αἶνος invenire datur, adde simillimum *Sophoclis* versum, quo Trachinias exorditur:

Λόγος μὲν ἔστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείς.

Eriphus Comicus in Aeolo, teste *Athen.* IV. p. 134. C.

Λόγος γάρ ἐστ' ἀρχαῖος οὐ κακῶς ἔχων.

18 Nunc videndum, an auspicato κερδαλῇ in *Archilochi* versum introduxerim. *Phaedrus* in fab. de vulpi et aquila *docilem* tribuit vulpi *solertiam*; haec eidem *dolosa* I. 13. *Aesopo* σοφή, teste *Max. Tyr.* Serm. XXXIII. p. 189. ἡ δὲ ἀλώπηξ (σοφὴ γὰρ αὕτη τῷ Αἰσώπῳ ἐστὶ) πρὸς τὸν ποιμένα. *Acron* ad *Horat.* Art. v. 437. *vulpes dolosum animal est, ut in Aesopi fabula.* Aptum itaque κερδαλῇ. *Hesychius*: Κερδάλη, ἀλώπηξ. Scribe Κερδαλῆ. et quidni plus semel id ab *Archilocho* fuerit usurpatum? Memorat *Basilius* in oratione de legendis Graec. libris p. 29. et 30. γῆς Ἀρχιλόχου ἀλώπεκος τὸ κερδαλέον τε καὶ ποικίλον. Haec pro coniectura adserenda sufficiunt.

CAPUT IV.

Ἀκαρὴς rariori usu usurpatum. Ἐν ἀκαρεῖ, momine sive momento. Paulina locutio ἐν ἀτόμῳ. Ἀκαρῆ. Leviter em. Schol. Aristoph. Super loco ab Amm. citato coniectura. Οὐδ' ἀκαρῆ. Eupolidis οὐδ' ἔγκαφος illustratur. Emendantur Machonis et Eubuli fragmenta. Inter Ἀλοᾶν, Ἀλοᾶν, et poet. Ἀλοιᾶν significandi discrimen nullum. Tentantur Xenoph. et Theocr. Συναλοᾶν et Συναλοιᾶν. Καταλοᾶν, contundere.

Ἀκαρὴς σὺν τῷ σ, καὶ Ἀκαρῆ ἄνευ τοῦ σ διαφέρει] Non admodum trita sunt, quae hic docet *Ammonius*; quo

auctore ἀκαρὴς significat τὸ παρὰ βραχὺ ὄν, veluti in exemplo, quod adducit: Κατέπεσον ἀκαρὴς τῷ δέει, *prae timore fere decidi.* Non alio sensu *Menander:* ἀκαρὴς 19
παραπόλωλας, apud *Etymol.* p. 45. v. 24. et in Lege *Zaleuci*, ὡς ἀκαρὴς οἴχοιτο πνιγεὶς, referente *Hierocle* apud *Stobaeum* Tit. XXXIX. p. 229. Notior est Attica loquendi formula, ἐν ἀκαρεῖ, *Heliod.* X. p. 490. *Lucian.* Scytha T. I. p. 596. *Corinthius*, ubi notat τὰς ἐλλείψεις τῶν Ἀττικῶν ἰδίας, τοιοῦτο, inquit, τὸ ἐν βραχεῖ, λείπει γὰρ, καιρῷ, ἢ λόγῳ· καὶ τὸ ἐν ἀκαρεῖ δὲ τοιοῦτόν ἐστιν. ita eum locum exhibet MS. *Vossianus.* Plena forma, ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ. Legitur etiam ἐν ἀκαρεῖ χρόνου. Vid. Ill. *Spanhemius* ad *Aristoph.* Plut. v. 244. (in quo versu *Etymolog.* MS. praefert χρόνου) Cl. *Arnaldus* in Miscell. Obs. vol. V. p. 62. et *Pricaeus* ad Evangel. *Luc.* IV. 5. ubi ἐν στιγμῇ χρόνου, *temporis in puncto, Lucret.* IV. 165. *Suidas* ἐν ἀκαρεῖ et ἐν ἀτόμῳ recte contulit: quorum posterius *Paulus* adhibuit 1 Cor. XV. v. 52. ubi adiecta sunt ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. *Hesych.:* Ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπήματι, ἐν τάχει. Accedat *Cyrillus* Lex. MS: Ἀκαρεῖ· ῥιπεῖ (L. ῥιπῇ) ὀφθαλμοῦ. Ibidem tamen: Ἐν ἀτόμῳ, ἐν βραχεῖ, ἐν στιμῇ (L. στιγμῇ), ἐν ῥοπῇ. Conf. Gloss. Clar. *Alberti* p. 136. Alterum porro, quod *Ammonius* a priori discernit, ἀκαρῆ non adeo videtur frequentatum. *Schol. Aristoph.* ad Vespas v. 699. τὸ δὲ ἀκαρῆ ἐπίῤῥημα, ἀντὶ τοῦ βραχὺ καὶ οἰκτρόν. Lege καὶ μικρόν. Admoveamus hanc interpretationem loco ab *Ammonio* producto: Οὐδ' ὅσον ἀκαρῆ τῆς τύχης ἐπίσταμαι· non multum profecerimus. Credibile mihi fit, versum e Comoedia petitum; in quo olim forsan extiterit: οὐδ' ὅσον ἀκαρῆ τῆς ψυχῆς ἐπίσταμαι. *quae sit animae natura, plane ignoro.* Ut res omnium minimas denotarent, Graeci *tantillas* dixerunt, *ut nihil inde possit abradi.* Ita praeter alios *Pollux* II. 33.
Apud *Demosth.* contra Polyclem p. 713. C. ἀπεκρίνατό 20
μοι, ὅτι οὐδ' ἀκαρῆ δανείσοι, *ne teruncium quidem, Wolfius.* non ignoro, *Spanhemium* et alios eodem loco iam usos. Pro οὐδ' ἀκαρῆ *Eupolis* venuste posuit οὐδ' ἔγκαφος· quam locutionem, quamvis id ab *Ammonio*

alienum videri possit, eum in finem iuvat illustrasse, ut comicis facetiis lectorem aliquantisper detineam. *Etymologus* MS. Ἔγκαφος· παρὰ τὸ ἐγκάψαι. ἔγκαφος τὸ μηδὲ ἐγκάψαι ἀρκοῦν. tum desunt, quae habes in edito, *Comici* verba, hoc modo constituenda:

> Οὐ γὰρ λέληςται τῶν ἐμῶν οὐδ' ἔγκαφος.

Apud *Suidam* vero legitur λέλειπται. Prius placet. *Hesychius:* Λέληςται, ἐπελάθετο. Conqueritur nescio quis, omnia sibi ablata, neque superesse, quo buccam possit inplere. Ea vis verbi ἐγκάπτειν e *Comicis* haurienda. Plus semel adhibuit *Aristophanes*. paucula addam ex *Athenaeo* L. III. p. 76. E. *Alexis* in Lebete

> —— ἐγκάψας τὸ κέρμ' εἰς τὴν γνάθον.

Confer *Schol. Aristoph.* Vesp. v. 787. *Machon* apud *Athen.* VI. p. 243. F. *Diphilum* Chaerephonti ad epulas abeunti dicentem facit:

> Εἰς τὰς ἑαυτοῦ, Χαιρεφῶν, σιαγόνας
> Ἔγκαψον ἥλους ἑκατέρᾳ γε τέτταρας.

Ita lego pro ἔγκοψον· quod *Grotio* tamen non displicuit in Exc. e Trag. et Com. p. 857. Corruptissime vulgatur *Eubuli* versus ex Auge in *Athen.* XIV. p. 622. F.

> 21 Παρεκκέκαπται στάρνι' ἐννέ' ἢ δέκα,
> Ὥςτ', εἴ τι βούλει τῶν λελειμμένων φαγεῖν,
> Ἔπειγ', ἔπειγε, ——

Agni hic in censum venire neutiquam possunt; quod sequitur, φαγεῖν ad superiora referendum; tum facillime opere restitues:

> Παρεγκέκαπται σταμνί' ἐννέ' ἢ δέκα.

Quo usu κάπτειν a poëtis fuerit usurpatum, in Animadv. p. 669. v. 59. monuit *Casaubonus*.

Ἀλοᾶν καὶ Ἀλοιᾶν διαφέρει. Ἀλοᾶν μὲν γὰρ δασέως τὸ ἐπὶ τῆς ἅλω πατεῖν καὶ τρίβειν τοὺς στάχυας· Ἀλοιᾶν

δὲ ψιλῶς, τὸ τύπτειν.] Vix aliter videtur ſcripſiſſe *Ammonius*, quam, uti ſupra dicebam: *Ἁλοᾷν καὶ Ἀλοᾷν διαφέρει.* Primum enim, hoc tantum diſcrimen adnotavit: deinde, *ἀλοιᾷν* poeticum eſt, neque a proſae ſcriptoribus uſurpari ſolet. Obnititur, fateor, huic coniecturae verſus *Ariſtophanis* hic adductus: ſed fieri poteſt, ut *Ammonius ἠλόησεν* legerit. In *Suidae* Codice MS. reperio: *Ἠλόησεν· ἡ μητέρ᾽ ἠλόησεν.* Haec non eum in finem attuli, quaſi vero putarem, utriusque formae differentiam ſollicite a veteribus fuiſſe obſervatam. Utramvis ſcripturam eligas, *Ἀλοᾷν* ſignificationem habuit *verberandi*, *terendi*, et eximie de *frumento* fuit uſurpatum. *Etymologi* verba peropportuna et alia plura ad hanc rem pertinentia reperies in nota Clariſſimi *Hemſterhuiſii* ad *Poll.* X. 161. n. 93. *Ἁλοᾷν* ex *Ammonii* regula *τρίβειν τοὺς στάχυας.* *Longo* Paſtor. III. p. 96. *αλωνοτριβεῖν· area meſſes terit.* 22
Adhibuit *Xenophon* Oeconom. p. 863. A. *ὑποζύγια ἀλοῶσι τὸν σῖτον.* Eadem pag. frumenti triturandi rationem exponit *Socrates*, ubi pro *ἀνύτοιεν* forſan melius legeretur *ἀγνύοιεν·* quod multis deducere commodum non eſt. Licuit, opinor, *Theocrito ἀλοιᾷν* eodem uſu adhibere in Idyll. X. v. 48.

Σῖτον ἀλοιῶντας φεύγειν τὸ μεσαμβρινὸν ὕπνον.

Ita MS. legit pro *ἀλοιῶντες*, monente *Iſ. Voſſio* ad oram libri ſui. Contra *Homerus: terram omniparentem χερσὶν ἀλοία.* Il. *I.* 564. *Schol. ἔτυπτεν·* idque ad mentem *Ammonii.* Vide *Heſych.* in *Ἠλόα.* Eadem ratio in compoſitis. Apud *Demoſth.* contra Phaenipp. p. 654. B. *σῖτος ἀπηλοημένος*, exponente *Harpocr. ὁ ἀπὸ τῆς ἅλω συγκεκομισμένος μετὰ τὸ ἀλοηθῆναι, ὅ ἐστι πατηθῆναι.* ubi ad *Mauſſaci* notam docta eſt *H. Valeſii* obſervatio. Antiquiorem verbi virtutem novit *Hom.* Il. *Δ.* v. 522. ubi *oſſa et nervos lapis ἄχρις ἀπηλοίησεν.* *Schol.* MS. *διόλου ἀπέκοψεν.* *Euſtathius: διόλου συνηλόησεν.* Recte. *Longus* IV. p. 138. *ἀνθρώπους γεωργοὺς συνηλόησε πληγαῖς, verberibus contudit usque ad necem.* At vero ligatae orationis ſcriptores maluerunt *συναλοιᾷν.* *Theocritus: συνηλοίησε*

παρήϊα Idyll. XXII. v. 128. *Oppianus* Cyneget. I. v. 268. ubi marginis lectio genuina. *Halieut.* III. v. 575. Κρᾶτα συνηλοίησαν· Schol. συνέτριψαν. Adfinis usus τοῦ Καταλοᾷν. *Xenophon* Cyrop. VII. p. 177. D. τοὺς δὲ πίπτοντας κατηλόων. *Lucianus* Icarom. T. II. p, 198. σκύφῳ χρυσῷ τὴν ὀφρῦν κατηλοημένος. ubi vide *Scholia* p. 22. *Eubulus* Comicus in Auge apud *Athen.* XIV. p. 622. E.

23 Κατηλόηται γαστρὸς ἐν μέσῳ κύκλος.

Huc referenda *Hesychii* Glossa: Κατηλόηται, κατατέτριπται. prouti eam emendandam monuit l. c. Celeberrimus *Hemsterhuisius*.

CAPUT V.

Vocabulum Ἀνοκωχὴ *non omnibus notum. Ammonii praestantia. Priscae et fere obsoletae formae vestigia apud Homerum.* ὀκωχὴ *et* ὀκωχεύειν. *Hinc* ἀνοκωχὴ *ac* διοκωχή. *posterius Hesychio restituitur et Suidae e MS. utrumque Thucydidi. Observationis Ammonianae utilitas. Nota ex Etymol. Vossiano profertur.*

Ἀνακωχὴ καὶ Ἀνοκωχὴ διαφέρει. Ἀνακωχὴ μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἐπὶ τῶν νεῶν ἀναχώρησις· ἡ δὲ διὰ τοῦ ο ἀνοκωχὴ, ἀνοχὴ μικρὰ πολέμου. Διοκωχὴ καὶ ὀκωχὴ, διάλειψίς τις καὶ ἄνεσις.] *Ammonii* scripturam, quam analogiae Graeci sermonis ignoratio temere mutaverat, ex *Aldina* editione prima tandem reduximus, in qua integra nota emendate legitur, nisi quod μακρὰ pro μικρὰ ibi legatur, et ἀκωχὴ, quod in ὀκωχὴ commutavi. Quum vero haec *Ammonii* observatio in *Stephani* et aliorum editionibus, uti in notis indicavi, plane fuerit distorta, accidit, ut ἀνοκωχὴ, vetustae et probae notae vocabulum, Graece ceteroquin doctis fuerit incognitum. In hac autem nota praestantis Grammatici laudem egregie tuetur noster; et, uti alibi, ita eximie hoc in loco doctorem *Heraclidem*, et Scholam, in qua fuerat eruditus, *Aristarchensem* prodit.
24 Minus opportunam *Henr. Stephani*, in hanc ipsam *Am-*

monii notam, censuram reprehendisse, et aliorum errores detexisse, nihil iuvat. Praestabit paucis bonitatem τοῦ ἀνοκωχή, certa formationis lege nixam, adseruisse. Itaque ab ἔχω, ἐκέχω, ὄκωχα, cuius remansere reliquiae in genuina lectione *Homerici* συνοκωχότε Il. *B*. v. 218. ab *Hesychio* conservata, quam tetigit *Foesius* Oecon. *Hippocr.* v. συνοκωχή, et merito tuetur *Anonymus* in Miscell. Obs. Vol. I. T. I. p. 114. Hinc ὀκωχή, et ὀκωχεύειν, diversum sane a κωχεύειν, unde *Ammonii* ἀνακωχή, et ἀνακωχεύειν, a *Schol. Soph.* ad Electr. v. 734. et *Kühnio* ad *Poll.* I. 103. n. 35. expositum; τὴν ναῦν ἀνακωχάζειν occurrit in vita *Isidori* apud *Photium* Cod. CCXLII. p. 571. Verum id nunc non ago, et ad ἀνοκωχὴ revertor. Ὀκωχὴ servavit *Etymologus* p. 596. v. 50. ἔχω, ὀχὴ, ὀκωχή. *Hesychius:* Ὀκωχεύειν, ἔχειν, συνέχειν. quod intempestive contrectat *Sopingius.* Hinc sponte fluunt, librariorum inperitia fere obsoleta, ἀνοκωχὴ pro ἀνοχὴ, et διοκωχή. Posterius praeter *Ammonium* agnovit *Hesychius;* nam ubi διακωχὴ vulgatur, literarum series, in talibus index certissimus, poscit: Διοκωχὴ, διάστασις χρόνου τινός. *Thucydides*, nisi me omnia fallunt, scripserat antiqua forma διοκωχὴ III. c. 86. quod ipsum auctoritate MS. *Lugduno-Batavi* restituendum veteri auctori apud *Suidam*, ubi, ordine Διοκωχὴ flagitante, editur Διακωχὴ, —— ἐν μάχαις τισὶν αὐτοὺς νικήσας, καὶ διακωχὴν αἰτήσασιν ἔδωκε· in mirae bonitatis libro legi: Διοκωχὴ et διοκωχὴν αἰτήσασιν ἔδωκεν. His adde, si placet, *Hesychium* in κατοκωχὴ et μετοκωχή. Ad hanc lucem nunc considerandum *Dionysii Halicarnassensis* de *Thucydideo* usu vocis ἀνακωχὴ iudicium, in nota Cl. Editoris *C. A. Dukeri* ad L. I. c. XL. p. 41. δι᾽ ἀνακωχῆς. Et ne vel Zeno dubitet, *Thucydidem* scripsisse ἀνοκωχῆς: id poterat, ut obsoletum et a vulgi cognitione remotum, γλωσσηματικὸν, καὶ ἀπηρχαιωμένον, καὶ δυσείκαστον τοῖς πολλοῖς, in Historico reprehendere *Dionysius;* quum alterum istud plurimorum usu notum sit atque tritum; quorum locis, quae ad manum sunt, abstinere satius esse iudico. Ad receptam in *Thucydide* scripturam pertinet nota in *Etymologo MS.* quae, nisi me fallit *Sylburgii* index, in

edito deficit: Ἀνακωχῆς, ἀναπαύσεως, τῆς πρὸς μικρὸν ἐν πολέμῳ εἰρήνης. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ ἄνω τὰς ἀκωχὰς ἔχειν. ἔνθεν καὶ ἀνακωχεύειν, τὸ ἐν πολέμῳ ἀμελεῖν. *Hippocrati* uſurpatum Συνοκωχὴ exponit *Erotianus*, hunc ad modum a *Foeſio* emendatus: Συνοκωχῆς, συνοχῆς, καὶ συνόδου. Credibile ad eandem formam ἀνοκωχὴ adhibuiſſe *Hippocratem*. *Glaucias* in *Erotiani* Lexico, ubi male legitur ἀνακώχησις, interpretatur: ἀνάπαυσις καὶ ἀνοχή. Plura non addam.

CAPUT VI.

Ἀποκηρύττειν. *Ad legem Atticam de liberorum abdicatione obſervatio: Eius rei non meminit Demoſth. Licueritne parenti filium abdicare propter unam cauſam, nec ne? Differentia inter abdicatum et* Ἐκποίητον. *Aeſchinem exponit Etymol. Emancipatus mox fiebat* Εἰσποίητος. *In Ammonii ſcripturam inquiritur. Ex Veteris Oratoris loco pereleganti menda eluitur.*

26 Ἀποκήρυκτος καὶ Ἐκποίητος διαφέρει. Ἀποκήρυκτος μὲν γάρ ἐστιν, ὁ ἐπὶ ἀδικήματι ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐκβληθεὶς τῆς οἰκίας·] Ἀποκηρύττειν, *per praeconem aliquid promulgare; hinc merces vendendas voci praeconis ſubiicere. Thomas M.* Ἀποκηρύττειν —— τὸ διὰ κηρύγματος πωλεῖν —— καὶ ἀποκήρυκτος ὁ οὕτω πωλούμενος· quae poſtrema in *Franeq.* Editione temere ſunt omiſſa. Porro Ἀποκηρύττειν, *publica auctoritate filium abdicare*, et Ἀποκήρυκτος, *Abdicatus.* Lex fuit Athenis: τοὺς γονέας κυρίους εἶναι ἀποκηρύξαι, quam legem *Petitus* expoſuit ad LL. Att. p. 157, 158, 159, et limites, quibus haec patria abdicandi poteſtas Athenis fuerit circumſcripta, conſtituit. Non quidem dubitari poteſt, quin talis lex, qualem exhibuit *Petitus*, locum habuerit; verum *Demoſthenes* ἐν τῷ πρὸς Βοιωτὸν ad hanc rem auctor non videtur idoneus. Locus eſt in prima adv. Boeotum περὶ τοῦ ὀνόματος· ubi nulla etiam fieri potuit abdicationis liberorum mentio, cum lis tantum de nomine agatur: contendit actor, parenti ſoli ius

esse nomen liberis inponendi, atque id ipsum, si velit, cum alio rursus commutandi; negat, dari *νόμον*, *ὅς ποιεῖ κυρίους εἶναι τοὺς παῖδας τοῦ ἑαυτοῦ* (L. *ἑαυτῶν*) *ὀνόματος*, et mox subiungit, p. 640. C. lege parentibus potestatem concedi, *οὐ μόνον θέσθαι τοὔνομα ἐξ ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ πάλιν ἐξαλεῖψαι, ἐὰν βούλωνται, καὶ ἀποκηρῦξαι.* Nemo erit, opinor, qui de generis abdicatione hoc intelligendum amplius censuerit; ad quam pluresne caussae fuerint requisitae, an una suffecerit, necdum liquido constat; prius propter *Luciani* et *Hesychii* loca, a *Petito* prolata, magis videtur credibile; ac propterea malim in *Ammonio* scribi: 27
ὁ ἐπὶ ἀδικήμασιν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐ. τ. ο. Non aliter reperio apud *Herennium Philonem*. In MS. *Cyrilli* Lex. *Ἀποκήρυκτος, ὁ ἐπ' ἀδικήμασι τῆς οἰκίας ἐκβληθείς.* Vulgatam tuentur *Thomas*, *Ptol. Ascalonita*, et *Moschopulus*. Observatu non indignum, quod adnotavit *Pollux* IV. 93. vocabulum *Ἀποκήρυκτος* non fuisse a veteribus frequentatum. Porro *Ἐκποίητος* secundum *Ammonium* dicendus *ὁ δοθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰς υἱοθεσίαν ἄλλῳ.* In Glossis: *Emancipatus, Ἐκποίητος.* Fuisse olim, qui *ἀποκήρυκτον* et *ἐκποίητον* confuderint, ex *Suida* et *Etymologo* clarissimum in modum patet, quod ex solo etiam *Ammonio* cogi potuisset. Verba *Etymologi* adscribam: *Ἐκποίητος τῷ πατρί· καὶ ἐκποίητον γενέσθαι, ἀποκηρυχθῆναι τοῦ γένους. ἢ ὁ δοθεὶς ἑτέρῳ εἰς ποίησιν·* (MS. legit *εἰς υἱοθεσίαν*) *οἱ δὲ φασὶν*, addit, *διαφέρειν ἐκποίητον* (ita legendum) *ἀποκηρύκτου· ὅτι ὁ μὲν ἀποκήρυκτος ἐπὶ κολάσει ἐκβάλλεται· ὁ δὲ ἐκποίητος ὑπὸ τοῦ φύσει πατρὸς δίδοται εἰς ἕτερον οἶκον πρὸς θέσιν.* quae postrema cum *Suida* comparari debent. Integram observationem e Lexico Rhetorico forsan hausit *Etymologus*; certe, nisi me omnia fallunt, respicitur *Aeschinis* locus contra Ctesiphont. p. 277. B. ubi habes *ἐκποίητον γενέσθαι·* quod commode interpretatur ad mentem *Ammonii Wolfius*. Iam vero *ἐκποίητος*, ubi in aliam familiam transierat, dicebatur *εἰσποιητος*. *Ammonius* istis, quae modo proferebam, subiungit: *ὃ λέγουσιν, Εἰσποίητος γέγονεν·* hanc scripturam suspectam habuit Cl. *Fabricius*, qui pro *ὃ* maluit scribi *ᾧ*, quia in

Ptol. Ascal. schedis §. 21. repererat: ᾧ λέγεται εἰσποίητος
28 γεγονέναι· et sane, hac lectione *Ascalonitae* recepta, pla-
nior evadet Grammatici sententia; favet etiam mutationi
Thomas: ὁ δοθεὶς εἰς υἱοθεσίαν ἄλλῳ· ᾧ λέγεται ὁ τοι-
οῦτος εἰσποίητος. Iudicent alii. De hac autem εἰσποιήσει
multa notare supervacaneum arbitror, et propterea elegan-
tissimum tantum dabo *Demosthenis* locum, nisi alium
auctorem censeas orationis funebris, quae ipsius nomen
praefert; quisquis fuerit, indigenas cum iis, qui natura
liberi sint, inquilinos vero cum adoptivis comparat, eaque
ratione Atheniensium suorum aures callidé permulcet. p.
152. C. ὥστε δικαίως ἄν τις ὑπολάβοι, τοὺς μὲν εἰς τὰς
ἐπήλυδας ἐλθόντας πόλεις καὶ τούτων πολίτας προσαγο-
ρευομένους ὁμοίους εἶναι τοῖς εἰσποιητοῖς τῶν παίδων·
τούτους δὲ γνησίους γόνῳ τῆς πατρίδος πολίτας εἶναι.
Praestantiss. Interpreti aqua haesit, dum τοὺς μὲν εἰς τὰς
ἐπήλυδας ἐ. π. vertit: *qui in colonias peregre advenerunt.*
Ergone ἐπήλυδες πόλεις sunt *coloniae?* Nolo in hac versio-
ne refellenda operam perdere. Pristina depravati loci
scriptio facillimo negotio reduci potest, legendo: τοὺς μὲν
εἰς ἑτέρας ἐπήλυδας ἐλθόντας πόλεις, *advenas, qui ex
patria urbe in alias demigrant.* Ἐπήλυδας *Hesychius* ex-
ponit νεωστὶ ἐλθόντας ἐξ ἑτέρας γῆς, — ἢ οὐκ ἰθαγενεῖς
et videri posset eundem hunc, quem adduxi, locum re-
spexisse.

CAPUT VII.

*Ἀπελεύθερος et Ἐξελεύθερος olim diversa. Ammoniana
observatio acerbae litis Salmasium inter et Heraldum
29 materia. Utriusque de voce προσήλυτος sententia.
Neutra probatur. Nova proponitur vocis explicatio.
Eadem Athenis addictorum conditio, quae inquilino-
rum. Recentioribus προσήλυτος, quem veteres ἐπήλυδα
vocarunt. Antiqua forma in libris depravata paucis
in locis reponitur. Inquilinus Ἰσοτελής, idem qui apud
Ammonium Ἐξελεύθερος.*

Ἀπελεύθερος καὶ Ἐξελεύθερος διαφέρει.] Ἀπελεύθερος *libertum* dicit: id, quo adferatur, non indiget. Diverſi generis olim fuit Ἐξελεύθερος, quamvis *Ammonii* aevo promiſcue haec vocabula uſurpari coeperint, ἤδη μέντοι καὶ ἀδιαφόρως χρῶνται τοῖς ὀνόμασιν. quod et ex *Polluce* III. 83. a *Salmaſio* citato conſtat. Diſpiciendum vero, quis proprie Ἐξελεύθερος antiquitus fuerit dictus; in eum finem Grammatici noſtri verba hic ponenda ſunt: Ἐξελεύθερος δὲ, ὁ γενόμενος διὰ χρέα προσήλυτος, ἢ κατὰ ἄλλην τινὰ αἰτίαν δουλεύσας, εἶτα ἐλευθερωθείς. Primum litem, quam ſuper hoc loco agitarunt *Salmaſius* et *Heraldus*, paucis, ſi pote, exponam: deinde animadverſionem unam et alteram, quae difficili materiae aliquid lucis poſſit accendere, adiiciam. Prior *Salmaſius* vocem προσήλυτος exponere adgreſſus eſt de Modo Uſur. cap. XVIII. p. 803. et cap. XIX. p. 875. Huius expoſitionem reiecit *Heraldus*, et non nominato adverſario, aliam coniecturam protulit de Rer. Iudic. auctorit. II. c. XXIV. §. 17. Id aegre tulit *Salmaſius*, et non ſine aceto ſententiam ſuam iterum propoſuit Obſ. ad I. A. et R. c. XI. p. 336. Tandem *Heraldus*, quod ſemel adſeruerat, dimittere neſcius, opinionem ſuam vindicavit, et multis adſtruere conatus eſt, Animadv. in *Salm.* Obſ. L. IV. c. X. §. 2. 3. et ſeqq. Si quis extra diſputandi calorem, qui magnos ſaepe viros egit praecipites, conſtitutus, hac de re iudicare velit, ante omnia neceſſe eſt, rem ipſam a nomine abſtrahat et ſeiungat. *Salmaſium* inter et *Heraldum* convenit, ἐξελευθέρου nomine talem denotari, qui *libertati, quam propter debita amiſerat, fuerit reſtitutus*; in voce vero προσήλυτος explicanda ab invicem diſcedunt. *Salmaſius* προσήλυτον interpretatur *addictum, qui ſponte ſe in ſervitutem daret; Heraldus* de eo accipiendum ſuſpicatur, *qui propter aes alienum in alicuius fundum confugit.* Poſterior haec ſententia, nullo auctore nixa, ſponte ſua diffluit; nam quod in patrocinium ſuum *Salviani* locum advocet *Heraldus*, id leve eſt, et ad Graecam conſuetudinem, quam procul dubio tangit *Ammonius*, nihil conducit. Propius quidem ad

veram rationem accessit *Salmasius;* sed, quod pace viri magni dictum sit, quam huic voci tribuit potestatem, nullo argumento dedit probatam. Hac ratione inductus, vitium in voce *προσήλυτος* latere, omnino suspicor, quod vix tolli posse arbitrer, nisi feliciora ingenia et harum rerum peritiores huius loci curam susceperint, et antiquam vocis scripturam nobis revocaverint. Variae quidem saepius hac de re cogitanti inciderunt coniecturae; amicis etiam meis magis ingeniosae; quae cum omnes veri habeerent speciem, omnes falsas credidi, et prudentis lectoris iudicio verecunde subducendas. Interea, ne magno molimine nihil videar egisse, qua ratione recepta lectio queat
31 defendi, dicam tamen. Nullus dubito, quin Atticum ius respexerit *Ammonius,* neutiquam ex Romanorum legibus illustrandus, nisi quatenus utriusque populi instituta hac in parte convenisse constet et exploratum sit. Qui apud Romanos creditoribus propter debita addicti ab iisdem domum ducebantur, *tales Athenis olim anterius lege Solonis ἀγώγιμοι τοῖς δανείζουσι.* verba dedi *Theodori Marcilii* ad LL. XII Tab. p. 70. Plenam fuisse ex lege *Solonis* creditori in debitorem potestatem merito credidit *Salmasius* Obs. ad I. A. et R. c. XI. p. 324. neque est, quod obnitatur *Heraldus.* Clarissimus est *Demosth.* locus adv. Nicostr. p. 724. B. ubi Nicostratus, *istam,* inquit, *mihi pecuniam suppedita, ne, si ad dictum diem solvendo non sim, αὐτὸς ἀγώγιμος γένωμαι, ipse in servitutem abducar.* Itaque debitor creditoris fiebat *οἰκεὺς*, et in eius domo servitutem serviebat. *Hesychius: Οἰκεὺς, ὑπόχρεως οἰκέτης.* creditori subiectus, *ὑπὸ τῷ δανειστῇ γενόμενος·* ita certe vocem *προσήλυτος*, sive quamcunque aliam apud *Ammonium* legerit, cepit *Eustathius* ad Odyss. Ξ. p. 531. init. *οἱ δὲ* —— *τὴν ἐλευθερίαν διασκεπτόμενοι, ἐξελεύθερον μὲν εἶπον τὸν διὰ χρέος ὑπὸ τῷ δανειστῇ γενόμενον δοῦλον δίκην, εἶτα ἀπολυθέντα, ἀπελεύθερον δὲ τὸν ἐν τῇ κοινῇ συνηθείᾳ.* quem locum mihi comiter indicavit Cl. noster *Arnaldus,* qui mihi ad hanc materiam intelligendam praeluxit. Miserrima fuit horum hominum conditio, qui, amissa libertate, priori etiam iure exciderant, in eum locum

depreſſi, quo *inquilini* Athenis habebantur, omnium ludibrio expoſiti. Haec *Ammonio* admota tenuem radiolum ſpargunt; ὁ γενόμενος διὰ χρέα προσήλυτος· *qui ob aes* 32
alienum civitatis iure privatus, *inquilinus factus eſt*. Haec demum vocis προσήλυτος vis apud recentiores, quibus προσήλυτοι, ἐπήλυτοι, συνήλυτοι dicebantur, quos veteres ἐπήλυδας et συνήλυδας, *advenas* et *convenas*, vocaverant; quod uti fuſe firmari non poteſt, verbo obſervandum tamen, ultimam formam frequenter in libris corruptam circumferri. Apud *Heſychium* σύγκλυδα et συγκλύδων utique mutandum in συνήλυδα et συνηλύδων. Ad hanc legem *Luciani* loca T. I. p. 465. p. 785. et omnia reformari debent, quae *H. Stephanus* in Theſauri T. II. p. 30. intulit ad v. nihili Σύγκλυς confirmandam: pari errore in *Moſchop.* περὶ σχεδῶν p. 44. νέκλυς, ὁ νεωστὶ ἐλθών. L. νέηλυς. Porro ἐπήλυδες ſunt μέτοικοι oppoſite ad *indigenas*. Loco in ſuperiori Obſervat. emendato alia addi poſſent: iam vero hi alias ἐπήλυτοι. *Heſychius:* Ἐπήλυτος, ἔποικος, προσήλυτος. Lexicon MS. *Voſſianum:* Ἐπίκλητος, ἔξωθεν ἐρχόμενος. Lege: Ἐπήλυτος, ex *Iobi* XX. v. 26. Ulterius hunc uſum vocis προσήλυτος, ab *Amm.* uſurpatae, diſertis adſeram verbis *Schol. Apoll. Rhod.* I. v. 834. πλανᾶσθαι περὶ τὴν πόλιν ἀτημελήτως καθάπερ προσηλύτους. Ibid. ἐν ἁπάσαις ταῖς πολιτικαῖς κοινωνίαις καθάπερ μετοίκους διατρίβειν καὶ προσηλύτους. Nihil ad mentem meam magis opportunum. Maiorem addam huic opinioni veriſimilitudinem, poſtquam dixero, quod poſtea oſtendam, *inquilinos*, ſi qui ob praeſtantiora merita eminerent, factos ἰσοτελεῖς, ac veluti ἐξελευθέρους. Quid? id ipſum in hac voce reddenda uſurpatum. *Heſychius:* Ἰσοτελής, ὁ ἐξελεύθερος, καὶ μετέχων τῶν νόμων, μετοίκιον δὲ οὐ φέρων. Crudam cogitationem eruditi velim examini ſubiiciant, 33
modo meliora proferant, et mihi parcere dignentur, qui leviſſimae coniecturae parum tribuo. Quae in ſequentibus capitibus adnotabo, ad modulum noſtrum magis conveniunt.

CAPUT VIII.

Ἁρπάγη varii uſus inſtrumentum. In Menandri verſu tentamen. Δευτήρ. Harpagae. Siſennae verba corrupta apud Nonium. Harpago, Lacedaemoniis ἐξαιρέταρ. Porro vocatur ἐξαυστὴρ, αὐστὴρ, αὖστρα, hamus, lupus. Emendantur Aelius Dionyſius, Heſychius, Iſidorus et Scriptor vitae Homeri.

Ἁρπαγὴ καὶ Ἁρπάγη διαφέρει παρὰ τοῖς παλαιοῖς Ἀττικοῖς.] Integram obſervationem *Tryphoni* Grammatico acceptam refert *Ammonius*. Nimis arctis limitibus finiunt latiſſimi uſus vocabulum Ἁρπάγη· quo *inſtrumenta* cuiuscunque generis, *quibus aliquid* violente *attrahebatur*, olim fuere denotata. *Tryphon* Atticis ἁρπάγην eſſe ſcribit, ἐν ᾗ ἐκ τῶν φρεάτων τοὺς κάδους ἐξαίρουσι, et in eam ſententiam adfert *Menandri* verba: Ποτήριον, τράπεζαν, ἁρπάγην, δεύτερον κάδον. E quibus, eiecto vocabulo δεύτερον, iambum formavit Ill. *Bentl.* Emend. in *Men.* p. 107. Quid ſi dixero, *Menandrum* ſcripſiſſe:

—— —— —— —— δευτέρα,
Ποτήριον, τράπεζαν, ἁρπάγην κάδον.

34 Id admodum adblanditur; δευτὴρ cum reliquis aptiſſime conſiſtit: ſecundum *Pollucem* X. 105. Δευτὴρ, κοινὸν ἀρτοποιῷ καὶ μαγείρῳ σκεῦος, ἀπὸ τοῦ δεύειν ὠνομασμένον. Deinde, inter bellica inſtrumenta Ἁρπάγας olim numeratas, indicio ſunt *Siſennae* verba Hiſt. IV. *Falces iniectos comminuunt; pluteos, propius collocatis harpagis, deiiciunt.* quae *Nonius* conſervavit p. 556. ubi *Falces et Harpagas armorum genera* eſſe notat, *murorum oppugnationi apta. Siſennae* verba minus videntur integra, hac forſan ratione ſananda: *Falces intectos* (*corio* ſcilicet) *comminuunt pluteos, quos propius collocatis harpagis deiiciunt.* Porro operi ruſtico inſerviebat Ἁρπάγη. *Euripides* Cyclope v. 32.

—— —— —— ἀναγκαίως ἔχει
Σαίρειν σιδηρᾷ τῇδέ μ' ἁρπάγῃ δόμους.

Quam scribendi rationem probat *Barnesius:* erudite vertit, a *Scaligero* edoctus, *Flor. Christianus:*

> —— —— *Nunc necesse est exsequi*
> *Mandata domini, et hirpice aedes ferrea*
> *Everrere istas.*

Euripidae mentionem facit *Hesychius* in Ἁρπάγη· verum explicatio, quae ad eius versum pertinuerit, procul dubio cum pluribus aliis excidit. *Hesychii* verba adscribam, quia in significatu, quem eundem tradit cum *Tryphone* apud *Amm.*, aliquantisper haerebimus: Ἁρπάγη, ἐξαυστήρ. ἔστι δὲ σκεῦος ἔχον ὀγκίνους, ᾧ τοὺς κάδους ἀνασπῶσιν ἀπὸ τῶν φρεάτων, καὶ ὁ λύκος· Εὐριπίδης. Vocem ἁρπάγη sollicitat *Pricaeus*, et inepte hoc loco abusus est ad *Matth.* Evang. VII. 15. Pro ξυστὴρ ingeniose ἐξαυστὴρ reposuit *Iunius*. Ἐξαιρέταρ dicebatur Lacedaemoniis. Inter Laconicas, auctore *Casaubono*, referenda est *Hesychii* Glossa: Ἐξαιρέταρ, ἁρπάγη, ἢ ἅρπαξ ὁ πρὸς τὰ ἀντλήματα. In *Glossis* ad vocem Κρεάγρα habes: *Exemplum, arpago.* Ἐξαυστὴρ usurpavit *Aeschylus*, teste *Etymologo:* Ἐξαυστήρ, σημαίνει σκεῦός τι παρὰ τὸ αὔω, αὔσω, αὐστὴρ, καὶ ἐξαυστήρ· Αἰσχύλος. Emenda *Aelium Dionysium*, qui apud *Eustathium* ad Il. *M.* p. 867. τῆς ἁρπαγῆς δὲ, inquit, differt ἡ ἁρπάγη, σκεῦος αὕτη, ᾧ κάδους ἀνέλκομεν. et pro αὕτη scribe αὐστήρ. Sicuti vero a ξύω ξυστὴρ et ξύστρα, similiter ab αὔω dixerunt αὐστὴρ et αὔστρα. *Hesychius:* Λαύστρανον, τινὲς λύκον, τινὲς φρέατος ἅρπαγα. Si vera coniecto, legendum: Αὔστραν, ἥν τινὲς λ. et coniecturae favent, quae eadem pagina praefert, Λατμενεία, δουλεία. et Λαυστὴρ, μοχθηρός. quorum prius in Ἀτμενία, alterum mutandum videtur in Αὐστηρὸς, *austerus.* Quae *Pollux* promiscue usurpari censuit, adcurate distinxit *Hesychius:* Κρεάγρα, ἐν ᾗ αἴρεται τὰ κρέα· Ἁρπάγη καὶ Λύκος, ἐν ᾧ τὰ ἐκ τῶν φρεάτων ἀνέλκουσι. *Isidorus* Orig. XX. 15. *Amalupus, qui et canicula, ferreus harpax, quia, si quid in puteum decidit, rapit et extrahit.* Corrige: *Hamolupus;* sic apud *Festum*, *Hamotrahones*, iidem qui γαγγαμουλκοί. aut, quod malim, *Hamus, lupus.* Cyri

nationis rationem pandit etiam ex *Herennio Philone* *Eustathius* ad Odyff. *T.* p. 705. ἀφ᾽ οὗ (ὄῤῥου) καὶ ὀῤῥωδεῖν τὸ εὐλαβεῖσθαι, οἱ γὰρ εὐλαβούμενοι, φασὶ, κατά τι ἀνασπῶσι τὸ κατ᾽ αὐτόν· quae verba, nihil vitii fuſpicatus, Theſauro inferuit *H. Stephanus; Foeſius* legiſſe videtur ἀνασπῶσι τὰ κατ᾽ ὄῤῥον. Id malo, quo literarum ductus ſponte me ducunt, τὸ αἰδοῖον. Haud aliter *Ammonius*, addens: πολλάκις δὲ καὶ τὰ ἄλογα τῶν ζώων ὑποστέλλειν εἰώθασι τὴν οὐρὰν, ὅταν εὐλαβῆται. quod veriſſimum. *Heſiodus* Ἔργ. v. 512.

Θῆρες δὲ φρίσσουσ᾽, οὐρὰς δ᾽ ὑπὸ μέζε᾽ ἔθεντο.

Id eſt ὀῤῥωδοῦσι. *Philox.* Gloff. *Horridus*, σιαντοφρικτός. Varie tentant. Lego: ὁ λίαν φρικτός. Optime et ad rem noſtram peropportune *Cyrilli* Gloſſarium: Ὀῤῥωδῶ, τὸ φοβοῦμαι, *horreſco*. *Seneca* Hippol. v. 1050.

39 —— —— —— *omnis e ſaltu fera*
Diffugit: omnis frigido exſanguis metu
Venator horret.

Ubi *horret* eſt ὀῤῥωδεῖ, five μαλκιᾷ. *Schol.* ad *Statii* Theb. I. v. 685. *horret* exponit *frigus patitur.* Quae egregie confirmant lectionem a *Valeſio*, *Graevio* et *Arnaldo* Lect. Gr. p. 92. probatam in *Heſiodi* Ἔργ. v. 530. Λυγρὸν μαλκιόωντες. *Phrynichus* in Sophiſtico Appar. Bibl. *Coislin.* p. 467. Μαλκιᾷν τὸ ὑπὸ κρύους ναρκᾷν· perperam vulgatur: Μαλακιᾷν. Plura dabit praeter *H. Stephanum* Ind. Thes. v. Μάλκη Cl. *Arnaldus.* Ut in orbem noſtrum redeamus, μαλκιᾷν *Harpocration* reddidit τὸν ὄῤῥον φρίττειν. En *Harpocr.* verba, prout Edd. praeferunt: Μαλακίζομεν. Δημ. —— Μένομεν καὶ μαλακιζόμεθα. ἐν ἐνίοις γράφεται μαλακίομεν, ὅπερ δηλοῖ τὸν ὄρον φρίττειν. Non intellexit *Mauſſacus*, et in aliud tempus explicationem diſtulit; ſed et *Valeſium* aberraſſe credidit Cl. *Gronovius.* Non dubitem ego adfirmare, eruditi Grammatici mentem, *Iacobo Gronovio* minime perſpectam, unum cepiſſe *Valeſium;* qui μαλκίομεν, ὅπερ δηλοῖ τὸν ὄῤῥον φ. legiſſe videtur, commode ad v. ὀῤῥωδεῖν provocans, et in rem praeſentem egregia obſervans. Utinam vero haberemus viri

ſummi notas in ordinem redactas! Locus *Demoſth.* Philipp. III. p. 48. B. iterum hic videtur deſcribendus: *μέλλομεν καὶ μαλακιζόμεϑα καὶ πρὸς τοὺς πλησίον βλέπομεν*, ſive potius *ἀποβλέπομεν* e Var. Lect. Hic in aliis libris olim lectum fuiſſe putem: *μαλκιῶμεν·* aut, ſi mavelis, *μαλκίομεν·* ſenſu elegantiſſimo: *deſides et veluti torpore con-* 40
ſtricti nosmet invicem reſpicimus; alteram tamen lectionem non ſperno, quum et alibi *μαλακίαν* et *ῥαϑυμίαν* civibus ſuis vitio verterit *Demoſthenes. Harpocrationis* locum, mei ſi res eſſet arbitrii, ita refingerem: *Μαλακιζόμεϑα. Δημ.* —— *μέλλομεν καὶ μαλακιζόμεϑα. ἐν ἐνίοις γράφεται μαλκιῶμεν, ὅπερ δηλοῖ τὸν ὄῤῥον φρίττειν.* Nolim tamen ſuper hac re a quoquam diſſentire.

Ibid. ὃν τινὲς ταῦρον λέγουσιν] *Etymologus* in v. *Ταῦρος* —— *καὶ ὁ ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν τόπος οὕτως ὠνόμασται·* ita et MS. Corrige ex *Cyrilli* Lex. MS. *ὁ ὑπὸ τῶν ὄρχεων τόπος. Taurus,* obſervante *Turnebo* Adverſ. XVII. c. VII., eodem uſu apud *Feſtum.* Plura de hac vocis tauri ſignificatione notarunt Clariſſ. Viri *Pithoeus* et *Burmannus* ad *Petron.* c. XXV. p. 85 et 86. Alia, necdum protrita, addere non formidabo, quaeque a Grammatico haud poſſint cenſeri aliena. Primum macula eluenda eſt ex *Erotiani* Lexico *Hippocrat. Τράμιν, τὸν ὄῤῥον· ὅνπερ καὶ ἱππόταυρον καλοῦμεν·* non aliter exhibuit *Euſtachius* in Edit. *Iunt.* p. III. A vero non longe abfuit *Foeſius* Oecon. *Hippocr.* Plane perſuaſus ſum, *Erotianum* ſcripſiſſe: *ὅνπερ καὶ ὑποταύριον καλοῦμεν.* Fundus emendationis eſt *Schol. Luciani* ad Lexiph. T. I. p. 821. *τὴν τράμιν*] *οἱ μὲν τὸ τρῆμα τῆς ἕδρας· οἱ δὲ τὸ ἀπὸ τούτου μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ βαλάνου χωρίον, ὃ καὶ ὑποταῦρον καλοῦσιν·* ubi etiam malim *ὑποταύριον·* quod apud *H. Stephanum* reperies Theſ. T. III. p. 1271. *Apſyrti* fide firmatum. Quae de voce *ἵππος* et Lat. *equus* adferri poſſent plurima, ad illuſtrandam *Anacreont.* Od. LXI. ſcitula, ea receptam *Erotiani* lectionem non ſtabilirent. Potius attingam, quae a voce 41
ταῦρος derivata Comicorum uſu inprimis innotuere. *Iugo intentatam,* et *taurum nondum tolerare doctam, ἀταυρώτην* dixit *Ariſtophanes* Lyſiſtr. v. 217. *Schol. Ἀταυρώτη,*

—— *ἄζευτος γάμου καὶ ἄζυγος. Suidae* lectio non placet; malim ἄγευστος γάμου, a qua locutione, elegantioribus tritiſſima, neque *Schol. Theocriti* abhorruit ad Idyll. XII. v. 17. γήρως γεγευμένοι. Adde notata Ill. *Spanhemio*, quem citat Cl. *Burmannus*. *Centauris* parcam. *Λάσταυροι*, ſecundum *Heſychium*, οἱ περὶ τὸν ὄῤῥον δασεῖς, *hyſtriculi*, tangit *Caſaub.* Anim. in *Athen.* I. c. VIII. *Heſych. Λαῖπος, κίναιδος, λάσταυρος*, ubi forſan legendum *Λάγνος*, ſive *Λαίγνος*, quam vocem, antea per λάσταυρος ab eodem expoſitam, minime mutaverim. Locus, quem citat *Suidas* in *Λάσταυρος*, eſt *Theopompi* ab *Hoeſchelio* adductus p. 108. ad *Phrynichum*, cuius verba dabit *Bergler.* ad *Alciphron.* I. Ep. 37. p. 170. φυσῶν ἑαυτὸν ὁ λάσταυρος. In *Alciphronis* epiſtola inedita: *Νικίας ὁ λάσταυρος. Meleagri* adſcribam Epigramma ex Anthologiae necdum editae MS. codice Biblioth. *Lugd. Bat.*

Οὐκέτι μοι Θήρων γράφεται καλὸς, οὐδὲ πυραυγὴς
Πρίν ποτε, νῦν δ' ἤδη δαλὸς Ἀπολλόδοτος·
Στέργω θῆλυν ἔρωτα, δασυτρώγλων τε πίεσμα
Λαυσταύρων μελέτω ποιμέσιν αἰγοβάταις.

Scribe λασταύρων· et graviorem mendam, quae ſecundum verſum oppreſſit, corrige. Caveant ſeveriores, ne noſtram in his exponendis diligentiam inſulſe reprehendant; ne quidem Sacri Scriptores ab hoc vocis *tauri* uſu abſtinue-
42 runt. Placet veteris *poëtae* dictum, quo inportunum aliquando repreſſit *Ariſtippus:*

—— —— καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

CAPUT X.

Vocem Βάραθρος expreſſit Lucret. Thomas M. emaculatur. Quinam dicti ſint ὄλεθροι? Huiusce formae alia, carcer, lutum. Catullus illuſtr. Κύφων, cataſta. Βάρις navis Aegyptiaca, et ampla domus. Poſidippi nomen Amm. reſtituitur. Verbi Βουκολεῖν poteſtas decipiendi. Emendantur Meleager, Heſychius, et Max. Tyr. Βαυκαλεῖν.

Βάραθρος, ὁ βαράθρου ἄξιος ἄνθρωπος.] Rariorem vocis
usum, quem solis Grammaticis acceptum ferimus, tetige-
runt *Ios. Scaliger* ad *Varr.* de R. R. p. 224. et *Is. Vossius*
ad *Catull.* p. 320. et seq. huius observatione minus puden-
ter usus *Thomas Creech*, lapsus etiam *Vossianos* describere
non dubitavit, ad *Lucret.* III. v. 967. quo in loco ad Grae-
cam procul dubio consuetudinem respicitur, quomodocun-
que etiam legas, sive cum *Vossio*, *baratre*, seu, quod
plerisque videtur, *barathre*; *Scaligero* probatur *baratro*;
barathro placuit *Erasmo*: nisi quis forsan potiorem scriptu-
ram censeat *balatro*; quippe quae magni viri *Richardi*
Bentleii adsensum mereri potuerit, ad *Horat.* II. Sat. III.
v. 166. *Thomae Magistro* Βάραθρος Atticis loquendi legi-
bus minus videbatur conveniens: κρεῖττον δὲ, inquit, λέγειν 43
βαράθρου ἄξιος, ἢ ὀλέθρου. Levi vitio, non nullius ta-
men hac in re momenti, *Thomam* liberabis, modo scripse-
ris: ἢ ὄλεθρος· quod ista significatione longe frequentissi-
mum. *Nullius frugis homines*, et inprimis *exteros*, ὀλέ-
θρους dictitabant Attici. *Lucianus* Dial. Mort. IX. βάρ-
βαρος ἦν καὶ ὄλεθρος. Ibid. XII. τὸν ὄλεθρον ἐκεῖνον Δα-
ρεῖον. ad priorem locum notavit ὁ πάνυ. *Hesychius*: Κι-
λίκιος, ὄλεθρος, πονηρός. *Demosthenes* in Midiana p. 414.
A. βάσκανον et ὄλεθρον coniungit. *Id.* Contra Aristo-
crat. p. 457. C. ἀνθρώπους οὐδὲ ἐλευθέρους γε, ἀλλ᾽ ὀλέ-
θρους, quos in Philippicis vocaverat φθόρους ἀνθρώπους,
οἰκοτρίβων οἰκότριβας, p. 70. C. quorum vim *Wolfius* non
percepit. *Epicharmus*:

Σκύθης τις ὄλεθρος· ὁ δ᾽ Ἀνάχαρσις οὐ Σκύθης.

in *Stobaei* Floril. *Grot.* p. 353. Ad eandem hanc formam
Graeci pariter et Romani plurima usurpaverunt. Non
aliunde repetenda sunt, quae Comoedia frequentat: *crux*,
patibulum, *mastigia*, *carcer*. *Lucilius* apud *Donatum*
ad *Terent.* Phorm. II. III. v. 26.

—— —— —— *carcer*, *vix carcere dignus*.

Ulpianus ad *Dem.* Leptineam p. 161. μαστιγίαι, μαστίγων
ἄξιοι. Confer *Athen.* XIII. p. 581. F. Omni contume-
lia dignissimam *lutum* vocat *Catullus* Carm. XLII.

Redde putida moecha codicillos,
Non assis facis, o lutum lupanar.

Non mirum, si Graias *Catulli* sui veneres probe ceperit elegantiss. *Vossius* p. 101. Veteres, si cui vellent gravi
44 contumelia inludere, notante *Etymologo* p. 669. v. 48. πηλῷ (ita legendum pro πηλὸν) ἔχριον τὸ πρόσωπον αὐτοῦ· praestanter addit: ἀπὸ τοῦ πηλὸς, πήλαξ, πήλακος, πηλακίζω. Originationis bonitas nemini non manifesta. Κύφων dicebatur *catasta*, vinculi genus; usum multis adseruit *S. Bochartus* Hieroz. P. I. L. II. c. LVI. cis finem. Tali supplicio dignus, κακὸς, sive ὀλέθριος, *Archilocho* κύφων vocabatur, observante *Schol. Aristoph.* ad Plut. v. 476. locum, quem *Bochartus* non praetermisit, hic posui, ob geminam plane *Rutilii* locutionem Itiner. I. v. 393.

Caetera mendacis deliramenta catastae
Nec pueros omnes credere posse reor.

Ad vocem *barathro* docte provocat *Barthius.*

Βάρις μέν ἐστιν Αἰγύπτιον πλοῖον· λέγεται δὲ καὶ ἡ μεγάλη οἰκία, ὡς ὑπὸ φιλίππου], Aegyptiacae *Baridos Herodotum* et alios meminisse, scribit Illustris *Scaliger* not. in Vett. Graec. fragm. p. 44. *Herodoti* locis II. c. XLI. LX. XCVI. deceptus *Corinthius* in libello de Dialectis vocis usum Ionibus tribuit, quocum facit, re minus considerata, eruditiss. *Iungermannus* ad *Poll.* I. 82. Βαρβάρους βάριδας ex *Eurip* Iphig. Aul. v. 297. dedit *H. Stephanus.* Confer *Barnes. Aeschyl.* Pers. v. 553. *Hesychius* emendante *Salmasio:* Βούβαρις, νεὼς ὄνομα παρὰ Φιλίστῳ. Addit *Ammonius:* λέγεται δὲ καὶ ἡ μεγάλη οἰκία, ὡς ὑπὸ φιλίππου. Emendandum procul dubio: ὡς Ποσίδιππος· aut, si id mavelis, Ποσείδιππος. Fundus emendationis *Stephanus* est *Byzant.* Βάρις ἡ οἰκία, ὡς Ποσίδιππος· καὶ ἡ συνοικία,
45 ὡς Ἔφορος. Et quis amplius hac de re dubitet? *Posidippum* eundem illum intelligo, quem citat *Schol. Apoll. Rhod.* ad I. v. 1291. τούτῳ δὲ Ποσείδιππος ὁ ἐπιγραμματογράφος ἠκολούθησε καὶ Φερεκύδης. Ἔφορος δὲ κ. τ. λ. Ubi *Ephori* et *Posidippi* testimonia iunguntur, hunc adcu-

ratae diligentiae Grammaticus *Epigrammatographum* vocat, ut adeo recte coniecerit *G. I. Vossius*. *Hesychius*: *Βάρις, πύργος, —— περιάμφοδον.* ita enim legendum, dudum me docuit Cl. *Alberti*. *Περιάμφοδον* idem, quod *Posidippo* ἡ μεγάλη οἰκία. Egregie ad rem nostram *Hesychius*: *Διάλαυρος, οἰκία μεγάλη, —— ἡ λεγομένη περιάμφοδος.* Hac significatione vocabulum *Βάρις* apud Graecos Antiqui Foederis interpretes haud infrequens. Origo orientalis videbatur Graeculo, qui ad *Amosi* I. v. 12. hanc notam adlevit: *Βάρεις ἐπιχωρίως λέγονται παρὰ Σύροις αἱ μεγάλαι οἰκίαι.* quae verba ad Hexapla exhibuit Vener. *Montfauconius*.

Βουκολεῖν μέν ἐστι τὸ ἐπὶ πλεῖστον ἀεὶ παραλογίζεσθαι.] *Βουκολεῖν*, dum ab origine, quam ad *Sueton.* Caes. c. LIII. tradidit *Casaubonus*, ad varia delabitur, in eam etiam, quam noster tetigit, significandi vim devenit, et denotare coepit, *blandis verborum lenociniis in fraudem inlicere*, sive *inani spe pascere et laetare.* Non invenuste *Meleager* in epigr. MS.

—— —— *κενεὰς ἐλπίδας ἐτρεφόμην.*

Prouti pro *ἐτρέφομεν* emendat *Scaliger*. *Hesychius*: *Βουκολεῖσθαι, χρησταῖς ἐλπίσι.* Legendum videtur: *χρήσασθαι ἐλπίσι.* minus certe probo conamen *Lamberti Bos.* in Obs. Crit. p. 159. *Alciphron* III. Ep. V. p. 288. *ἐλπίσιν* 46
ἀπατηλαῖς βουκολούμενοι. *Lucianus* in Amor. p. 874. *ἄλλαις ἐπ' ἄλλων ἐπιθυμίαις βουκολοῦμαι.* Dial. Mort. V. *πολλὰ κἀκεῖνος εὖ μάλα διαβουκολεῖ αὐτοὺς, καὶ ἐπελπίζει.* Adde *Heliod.* VIII. p. 378. *Aristaen.* I. epist. V. *Aristoph.* Ecclesiaz. v. 81. *Schol.* ad Pac. v. 152. et *Suidam*. Loco minus commodo id verbi reperire licet apud *Max. Tyr.* Serm. XXIX. p. 171. *καθάπερ αἱ τίτθαι τοὺς παῖδας διὰ μυθολογίας βουκολοῦσι.* ubi salvo aliorum iudicio restituendum censeo *βαυκαλοῦσι.* *Pollux* IX. 127. *τὸ σεῖστρον, ᾧ καταβαυκαλῶσιν αἱ τίτθαι, ψυχαγωγοῦσαι τὰ δυσυπνοῦντα τῶν παιδίων.* Iudice Cl. *Hemsterhuisio* legi etiam potest *καταβαυκαλῶσιν.* *Hesychius*: *Βαυκαλᾶν, — τιθηνεῖν, παιδία μετ' ᾠδῆς κοιμίζειν.* Haec et plura iam dedit

in voc. acc. dist. *Ἁρπάγη*, *hamus*. *ἄγκιστρον Moschopulo*: *Ἁρπαγὴ*, *ἡ μετὰ βίας ἀφαίρεσις*· *Ἁρπάγη δὲ τὸ ἄγκιστρον* (non *ἄγγιστρον*), *δι' οὗ τῶν φρεάτων τὰ ἀγγεῖα ἐξαίρομεν*. Cur *harpago* lupi nomine venerit, ratio non est obscura. Corrigam *Scriptorem* vitae *Homeri* ed. Gal. p. 321. *ἁρπαγὴν δὲ ἅμα μυθικῶς καὶ ἰταμῶς πρασσομένην*
36 *λύκοις εἴκασεν*. Lege *ἁρπαγὴν δὲ ἅμα ὁρμητικῶς κ. ἰ.* Recepta lectio sensum non admittit. [Lenius corrigas *θυμικῶς*. *G. H. S.*]

CAPUT IX.

Ἀῤῥωδεῖν et Ὀῤῥωδεῖν significatu non differunt. Euripidae fragmentum ex Andromeda. Tentantur Demosth. et Andronicus. Vocabuli Ὀῤῥωδεῖν originatio Grammat. Eustath. et Glossae corriguntur. Seneca illustr. Differitur super loco Harpocrat. Ταῦρος, Taurus, usu minus solemni. Emendantur Etymologus, Erotiani Lexicon, et Schol. Aristoph. Ὑποταύριον, ἀταυρώτη, λάσταυρος. Meleagri epigramma ineditum.

Ἀῤῥωδεῖν καὶ Ὀῤῥωδεῖν διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ διὰ τοῦ ο σημαίνει τὸ εὐλαβεῖσθαι.] Multa ad exponendum verbum *Ὀῤῥωδεῖν*, undecunque demum sua hauserit, adnotavit *Ammonius*, et in ultima nota *τοῦ Ἀῤῥωδεῖν* differentiam tradit; quam, ab aliis etiam Grammaticis receptam, nemo tamen prudentior probaverit: significandi potestate non sunt diversa, quae scribendi tantum forma differunt, quod *Eustathio* non latuit ad Il. *M*. p. 867. *Ἀῤῥωδέειν* frequentissime, uti ex *Aem. Porti* Lexico Ion. constat, usurpavit *Herodotus* eodem usu, quo alii scriptores *ὀῤῥωδεῖν* adhibuerunt. *Foesium* in Oecon. *Hipp*. verbum *ὀῤῥωδεῖν Homericum* esse adserentem decepit *Eustathius*. *Homero* recentiores, *Hippocrates*, *Plato*, *Demosthenes*, *Aristophanes*,
37 *Xenophon*, alii, frequentarunt; testimonia hanc in rem in medium protulisse nihil attinet. In *Euripide*, cuius meminit *Ammonius*, pedem figam. Is voces *ὀῤῥωδεῖν* et *ὀῤῥωδία* Tragico cothurno aptissimas credidit. Locis ad *Aristoph*. Plut. v. 122. ab *Ez. Spanhemio*, Viro Ill., pro-

ductis adde *Euripidem* Suppl. v. 344. Phoen. v. 1398. Med. v. 317. Ion. v. 403. et inprimis locum, quem ex *Ammonio* hic proponam:

> Τὰς συμφορὰς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων
> Οὐ πώποθ' ὕβρισ' αὐτὸς ὀῤῥωδῶν παθεῖν.

Iſtud fragmentum a Stobaeo etiam conſervatum Tit. CXI. p. 582. ubi in margine adſcribitur *Euripidis Andromachae*, neque aliter legitur in Exc. *Grotii* p. 466. Sola coniectandi ſagacitas *Barneſium* V. C. inpulit, ut ad *Andromedam* v. 53, 54. referret; quam id iure fecerit, ex *Ammonio* demum licet aeſtimare, qui laudabili in locis veterum citandis diligentia uſus *Εὐριπίδης*, inquit, *τὸν Περσέα λέγοντα εἰσάγει.* Perſeo vix niſi in Andromeda locus. Lubebat hisce diebus *Stobaei* librum, quem pia Illuſtriſſimi *Grotii* manus verſaverat, in Biblioth. *Leid.* excutere; neque fallebar animi; loco enim citato *Grotius* manu ſua correxerat *Andromeda.* Ad alia nunc properantem revocat *Harpocration*, qui in *Demoſthenis Δημηγορικοῖς προοιμίοις* ſeſe vocem *ὀῤῥωδία* reperiſſe teſtatur. In editis non legi, merito monuit *Henr. Valeſius*, qui in Prooemio LXII. pro *ἀῤῥωστίας* reponit *ὀῤῥωδίας*. Si locum paulo diligentius inſpexeris, coniecturam minus, opinor, probaveris: in eiusdem Prooemii initio pro *λοιδορία καὶ ταραχὴ* olim lectum fuiſſe ſuſpicor: *ὀῤῥωδία καὶ ταραχή.* 38
Non raro *φόβος* et *θόρυβος* a *Demoſthene* iungi ſolent. Definitur *Ὀῤῥωδία* ab *Andronico Rhodio περὶ παθῶν* p. 742. *φόβος πτοηθέντος*· ita lego pro *ἐννοηθέντος*, non magna, ut vides, mutatione. Sed audiamus *Ammonii* originationem.

Ibid. *Ὄῤῥος λέγεται ὁ περὶ τοὺς γλουτοὺς τόπος*] In hoc etymo tradendo Grammatici conſpirant, ſi *Etymologum* excipias, qui alterius etiam meminit. Concinna brevitate, quae in *Schol. Ariſtoph.* ad Ran. v. 223. plenius leguntur, exhibet *Heſychius*: *Ὄῤῥος, ἡ τράμις, οὐχ, ὥς τινες, τὸ ἰσχίον. ἐνθένδε ἐτυμολογοῦσι καὶ τὸ ὀῤῥωδεῖν· οἱ γὰρ δεδοικότες ἰδίουσι τὸν ὄῤῥον, ὅ ἐστιν ἱδροῦσιν.* Ad hunc modum locus corruptus emendari poteſt. Denomi-

nationis rationem pandit etiam ex *Herennio Philone Euſtathius* ad Odyſſ. *T.* p. 705. ἀφ᾽ οὗ (ὄῤῥου) καὶ ὀῤῥωδεῖν τὸ εὐλαβεῖσθαι, οἱ γὰρ εὐλαβούμενοι, φασὶ, κατά τι ἀνασπῶσι τὸ κατ᾽ αὐτόν· quae verba, nihil vitii ſuſpicatus, Theſauro inſeruit *H. Stephanus; Foeſius* legiſſe videtur ἀνασπῶσι τὰ κατ᾽ ὄῤῥον. Id malo, quo literarum ductus ſponte me ducunt, τὸ αἰδοῖον. Haud aliter *Ammonius,* addens: πολλάκις δὲ καὶ τὰ ἄλογα τῶν ζώων ὑποστέλλειν εἰώθασι τὴν οὐρὰν, ὅταν εὐλαβῆται. quod veriſſimum. *Heſiodus* Ἔργ. v. 512.

Θῆρες δὲ φρίσσουσ᾽, οὐρὰς δ᾽ ὑπὸ μέζε᾽ ἔθεντο.

Id eſt ὀῤῥωδοῦσι. *Philox.* Gloſſ. *Horridus,* σιαντοφρικτός. Varie tentant. Lego: ὁ λίαν φρικτός. Optime et ad rem noſtram peropportune *Cyrilli* Gloſſarium: Ὀῤῥωδῶ, τὸ φοβοῦμαι, *horreſco. Seneca* Hippol. v. 1050.

39 *—— —— —— omnis e ſaltu fera*
Diffugit: omnis frigido exſanguis metu
Venator horret.

Ubi *horret* eſt ὀῤῥωδεῖ, ſive μαλκιᾷ. *Schol.* ad *Statii* Theb. I. v. 685. *horret* exponit *frigus patitur.* Quae egregie confirmant lectionem a *Valeſio, Graevio* et *Arnaldo* Lect. Gr. p. 92. probatam in *Heſiodi* Ἔργ. v. 530. Λυγρὸν μαλκιόωντες. *Phrynichus* in Sophiſtico Appar. Bibl. *Coislin.* p. 467. Μαλκιᾷν τὸ ὑπὸ κρύους ναρκᾷν· perperam vulgatur: Μαλακιᾷν. Plura dabit praeter *H. Stephanum* Ind. Thes. v. Μάλκη Cl. *Arnaldus.* Ut in orbem noſtrum redeamus, μαλκιᾷν *Harpocration* reddidit τὸν ὄῤῥον φρίττειν. En *Harpocr.* verba, prout Edd. praeferunt: Μαλακίζομεν. Δημ. —— Μένομεν καὶ μαλακιζόμεθα. ἐν ἐνίοις γράφεται μαλακίομεν, ὅπερ δηλοῖ τὸν ὄρον φρίττειν. Non intellexit *Mauſſacus,* et in aliud tempus explicationem diſtulit; ſed et *Valeſium* aberraſſe credidit Cl. *Gronovius.* Non dubitem ego adfirmare, eruditi Grammatici mentem, *Iacobo Gronovio* minime perſpectam, unum cepiſſe *Valeſium;* qui μαλκίομεν, ὅπερ δηλοῖ τὸν ὄῤῥον φ. legiſſe videtur, commode ad v. ὀῤῥωδεῖν provocans, et in rem praeſentem egregia obſervans. Utinam vero haberemus viri

summi notas in ordinem redactas! Locus *Demosth.* Philipp. III. p. 48. B. iterum hic videtur describendus: *μέλλομεν καὶ μαλακιζόμεθα καὶ πρὸς τοὺς πλησίον βλέπομεν,* sive potius *ἀποβλέπομεν* e Var. Lect. Hic in aliis libris olim lectum fuisse putem: *μαλκιῶμεν·* aut, si mavelis, *μαλκίομεν·* sensu elegantissimo: *desides et veluti torpore con-* 40
stricti nosmet invicem respicimus; alteram tamen lectionem non sperno, quum et alibi *μαλακίαν* et *ῥαθυμίαν* civibus suis vitio verterit *Demosthenes. Harpocrationis* locum, mei si res esset arbitrii, ita refingerem: *Μαλακιζόμεθα. Δημ. —— μέλλομεν καὶ μαλακιζόμεθα. ἐν ἐνίοις γράφεται μαλκιῶμεν, ὅπερ δηλοῖ τὸν ὄῤῥον φρίττειν.* Nolim tamen super hac re a quoquam dissentire.

Ibid. ὅν τινες ταῦρον λέγουσιν] *Etymologus* in v. *Ταῦρος* —— *καὶ ὁ ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν τόπος οὕτως ὠνόμασται·* ita et MS. Corrige ex *Cyrilli* Lex. MS. *ὁ ὑπὸ τῶν ὄρχεων τόπος. Taurus,* observante *Turnebo* Advers. XVII. c. VII., eodem usu apud *Festum.* Plura de hac vocis tauri significatione notarunt Clariss. Viri *Pithoeus* et *Burmannus* ad *Petron.* c. XXV. p. 85 et 86. Alia, necdum protrita, addere non formidabo, quaeque a Grammatico haud possint censeri aliena. Primum macula eluenda est ex *Erotiani* Lexico *Hippocrat. Τράμιν, τὸν ὄῤῥον· ὅνπερ καὶ ἱππόταυρον καλοῦμεν·* non aliter exhibuit *Eustachius* in Edit. *Iunt.* p. III. A vero non longe abfuit *Foesius* Oecon. *Hippocr.* Plane persuasus sum, *Erotianum* scripsisse: *ὅνπερ καὶ ὑποταύριον καλοῦμεν.* Fundus emendationis est *Schol. Luciani* ad Lexiph. T. I. p. 821. *τὴν τράμιν*] *οἱ μὲν τὸ τρῆμα τῆς ἕδρας· οἱ δὲ τὸ ἀπὸ τούτου μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ βαλάνου χωρίον, ὃ καὶ ὑποταῦρον καλοῦσιν·* ubi etiam malim *ὑποταύριον·* quod apud *H. Stephanum* reperies Thes. T. III. p. 1271. *Apsyrti* fide firmatum. Quae de voce *ἵππος* et Lat. *equus* adferri possent plurima, ad illustrandum *Anacreont.* Od. LXI. scitula, ea receptam *Erotiani* lectionem non stabilirent. Potius attingam, quae a voce 41
ταῦρος derivata Comicorum usu inprimis innotuere. *Iugo intentatam,* et *taurum nondum tolerare doctam*, *ἀταυρώτην* dixit *Aristophanes* Lysistr. v. 217. *Schol. Ἀταυρώτη,*

—— ἄζευτος γάμου καὶ ἄζυγος. *Suidae* lectio non placet; malim ἄγευστος γάμου, a qua locutione, elegantioribus tritiſſima, neque *Schol. Theocriti* abhorruit ad Idyll. XII. v. 17. γήρως γεγευμένοι. Adde notata Ill. *Spanhemio*, quem citat Cl. *Burmannus*. *Centauris* parcam. *Λάσταυροι*, ſecundum *Heſychium*, οἱ περὶ τὸν ὄῤῥον δασεῖς, *hyſtriculi*, tangit *Caſaub.* Anim. in *Athen.* I. c. VIII. *Heſych.* *Λαῖπος*, *κίναιδος*, *λάσταυρος*, ubi forſan legendum *Λάγνος*, ſive *Λαίγνος*, quam vocem, antea per λάσταυρος ab eodem expoſitam, minime mutaverim. Locus, quem citat *Suidas* in *Λάσταυρος*, eſt *Theopompi* ab *Hoeſchelio* adductus p. 108. ad *Phrynichum*, cuius verba dabit *Bergler.* ad *Alciphron.* I. Ep. 37. p. 170. φυσῶν ἑαυτὸν ὁ λάσταυρος. In *Alciphronis* epiſtola inedita: *Νικίας ὁ λάσταυρος*. *Meleagri* adſcribam Epigramma ex Anthologiae necdum editae MS. codice Biblioth. *Lugd. Bat.*

Οὐκέτι μοι Θήρων γράφεται καλὸς, οὐδὲ πυραυγὴς
Πρίν ποτε, νῦν δ' ἤδη δαλὸς Ἀπολλόδοτος·
Στέργω θῆλυν ἔρωτα, δασυτρώγλων τε πίεσμα
Λαυσταύρων μελέτω ποιμέσιν αἰγοβάταις.

Scribe λασταύρων· et graviorem mendam, quae ſecundum verſum oppreſſit, corrige. Caveant ſeveriores, ne noſtram in his exponendis diligentiam inſulſe reprehendant; ne quidem Sacri Scriptores ab hoc vocis *tauri* uſu abſtinue-
42 runt. Placet veteris *poëtae* dictum, quo inportunum aliquando repreſſit *Ariſtippus:*

—— —— καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

CAPUT X.

Vocem Βάραθρος expreſſit Lucret. Thomas M. emaculatur. Quinam dicti ſint ὄλεθροι? Huiusce formae alia, carcer, lutum. Catullus illuſtr. Κύφων, cataſta. Βάρις navis Aegyptiaca, et ampla domus. Poſidippi nomen Amm. reſtituitur. Verbi Βουκολεῖν poteſtas decipiendi. Emendantur Meleager, Heſychius, et Max. Tyr. Βαυκαλεῖν.

Βάραθρος, ὁ βαράθρου ἄξιος ἄνθρωπος.] Rariorem vocis ufum, quem folis Grammaticis acceptum ferimus, tetigerunt *Iof. Scaliger* ad *Varr.* de R. R. p. 224. et *If. Voffius* ad *Catull.* p. 320. et feq. huius obfervatione minus pudenter ufus *Thomas Creech*, lapfus etiam *Voffianos* defcribere non dubitavit, ad *Lucret.* III. v. 967. quo in loco ad Graecam procul dubio confuetudinem refpicitur, quomodocunque etiam legas, five cum *Voffio*, *baratre*, feu, quod plerisque videtur, *barathre*; *Scaligero* probatur *baratro*; *barathro* placuit *Erafmo*: nifi quis forfan potiorem fcripturam cenfeat *balatro*; quippe quae magni viri *Richardi Bentleii* adfenfum mereri potuerit, ad *Horat.* II. Sat. III. v. 166. *Thomae Magiftro Βάραθρος* Atticis loquendi legibus minus videbatur conveniens: *κρεῖττον δὲ*, inquit, *λέγειν* 43
βαράθρου ἄξιος, ἢ ὀλέθρου. Levi vitio, non nullius tamen hac in re momenti, *Thomam* liberabis, modo fcripferis: *ἢ ὄλεθρος·* quod ifta fignificatione longe frequentiffimum. *Nullius frugis homines*, et inprimis *exteros*, *ὀλέθρους* dictitabant Attici. *Lucianus* Dial. Mort. IX. *βάρβαρος ἦν καὶ ὄλεθρος.* Ibid. XII. *τὸν ὄλεθρον ἐκεῖνον Δαρεῖον.* ad priorem locum notavit ὁ πάνυ. *Hefychius*: *Κιλίκιος ὄλεθρος, πονηρός.* *Demofthenes* in Midiana p. 414. A. *βάσκανον* et *ὄλεθρον* coniungit. *Id.* Contra Ariftocrat. p. 457. C. *ἀνθρώπους οὐδὲ ἐλευθέρους γε, ἀλλ' ὀλέθρους*, quos in Philippicis vocaverat *φθόρους ἀνθρώπους*, *οἰκοτρίβων οἰκότριβας*, p. 70. C. quorum vim *Wolfius* non percepit. *Epicharmus*:

Σκύθης τὶς ὄλεθρος· ὁ δ' Ἀνάχαρσις οὐ Σκύθης.

in *Stobaei* Floril. *Grot.* p. 353. Ad eandem hanc formam Graeci pariter et Romani plurima ufurpaverunt. Non aliunde repetenda funt, quae Comoedia frequentat: *crux*, *patibulum*, *maftigia*, *carcer*. *Lucilius* apud *Donatum* ad *Terent.* Phorm. II. iii. v. 26.

——— ——— ——— *carcer, vix carcere dignus.*

Ulpianus ad *Dem.* Leptineam p. 161. *μαστιγίαι*, *μαστίγων ἄξιοι.* Confer *Athen.* XIII. p. 581. F. Omni contumelia digniffimam *lutum* vocat *Catullus* Carm. XLII.

ſummus *Leopardus* Emend. VII. c. v. Apud *Etymologum* p. 192. v. 18. *Βαυ*, *τὸ κατακοιμίζειν*· et dubito an aliter ſcripſerit. *Heſychius*: *Κατάβαικα*, *Λάκωνες ἐκοίμισεν*. ſitne genuina haec ſcriptura, nec ne, in tanta Dialecti Laconicae caligine ignoramus.

CAPUT XI.

Ammonius Λαμπρεύς. Lamprenſium mentio. Refingitur Harpocr. Amm. melioris Codicis indigus. Domeſticus uſus τῆς ἐσχάρας. Heliodorus emendatur. Μέγαρον ſecundum Grammatici mentem exponitur. Ἐσχάρα proprie foculus, ipſum etiam altare deſignat. Scripſeritne τὰ κατὰ πόλιν Neanthes?

Βωμὸς, *Ἑστία*, *Ἐσχάρα καὶ Μέγαρον διαφέρουσι.*] Qui differentiam tradiderit, primum teſtem citat cognominem
47 *Ammonium*, *ἐν πρώτῳ περὶ θυσιῶν*. Aliunde conſtat, integrum operis indicem fuiſſe *περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν*· obſervante Cl. *Fabricio* Biblioth. Gr. L. IV. c. XXVI. p. 171. Libri auctor dicitur *Λαμπρεὺς*, *Lamprenſis*. Aliter ſcribi non debet. Confer *Vales*. in not. *Mauſſaci* ad *Harpocr*. in v. *Θόλος*. *Harpocrationis* locum ita emendavit *Meurſius* de Pop. Att. in *Λάμπρα*. uti edidit *Blancardus*, culpandus, quod, non monito lectore, *Meurſii* emendationem in textum receperit; neque tamen propterea oportuiſſet mendoſam lectionem, quamvis ſatis antiquam, a *Iac. Gronovio* V. C. revocari. Leviſſimam mendam, quae diligentiam *Meurſii* effugit, tolles, legendo: *Λαμπρεῖ*· *Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Κάλλιππον*. In ea orat. p. 718. C. reperio: *Ἀρχεβιάδῃ τῷ Λαμπρεῖ*. Praeter huncce Archebiaden nulla fit inibi Lamprenſium mentio. Aliorum Lamprenſium e *Demoſth*. meminit etiam *Valeſius*, quibus e Timocratea p. 479. C. *Φιλέψιον τὸν Λαμπρέα* ſi adiunxeris, plures fruſtra apud *Dem*. quaeras. Porro, quid ſcribat *Lamprenſis Ammonius*, conſiderandum.

Ibid. *Βωμοὶ μὲν γὰρ, οἱ τὰς προβάσεις ἔχοντες*· *Ἐσχάρα δὲ, ἡ πρὸς τὴν βιωτικὴν γινομένη, ἐπὶ τῆς τάδε*

πολυεστία. τὸ δὲ *Μέγαρον ἡ περιῳκοδομημένη ἑστία, ἔνθα τὰ μυστικὰ τῆς Δήμητρος.*] Haec plenius describenda videbantur, quo facilius vulnus, quo locus adfectus eft, fentiri posset. Remedium non nisi a veteribus membranis, quae fideliter *Ammonii* manum repraesentent, expectandum; librariorum enim socordia non pauca exciderunt, tum quae ad vocem Ἑστία, tum quae ad sacrum τῆς Ἐσχάρας usum declarandum olim pertinuerint: hunc usum tetigisse *Ammonium*, locuples testis est *Harpocration* in v. Ἐσχάρα. 48
—— Ἀμμώνιος ἐν τοῖς περὶ βωμῶν ἐσχάραν φησὶ καλεῖσθαι τὴν μὴ ἔχουσαν ὕψος, ὡς ἑστίαν, ἀλλ' ἐπὶ γῆς ἱδρυμένην, ἢ κοίλην. *Ammonii* nota integra usus videtur *Ptolemaeus Ascalonita*, e quo utcunque defectus apud *Nostrum* possit suppleri: sequentia e schedis MSS. edidit Cl. *Fabricius* §. 118. Βωμὸς μὲν γάρ ἐστιν, ὁ ταῖς προβάσεσιν ἐξέχων, ἐφ' οὗ τοῖς οὐρανίοις θεοῖς αἱ θυσίαι ποιοῦνται· Ἑστία δέ ἐστι βωμὸς περιφερὴς πρόσβασιν οὐκ ἔχων. Ἐσχάρας δὲ ἔλεγον τοὺς τῶν ἡρώων βωμοὺς καὶ τὰς ἐν κοινῇ χρείᾳ —— Vellem reliqua addidisset vir praestantissimus, quae in *Ammonii* Edd. admodum sunt depravata. Hac ratione mendosa tentabat *Vulcanius*: Ἐσχάρα δὲ, ἡ πρὸς τὴν βιωτικὴν χρῆσιν ἐπὶ γῆς γινομένη ἑστία. Eruditiss. *Arnaldus* in literis ad me datis, *Quid si*, inquit, *in Ammonio reponamus:* Ἐσχάρα δὲ ἡ πρὸς τὴν βιωτικὴν (*aut, si mavis,* ἰδιωτικὴν) χρείαν γινομένη, ἐπὶ ταύτης δὲ τὸ πολὺ ἑστία. Quo saepius hanc coniecturam confidero, eo propius ad veritatem mihi videtur accedere, quam aliis investigandam committo. Ad domesticum τῆς ἐσχάρας usum pertinet *Heliodori* mei locus, in editionibus omnibus egregie mendosus, L. IV. p. 195. ἐμοῦ δὲ τήν τε ἑστίαν ἐσχάραν εἰς βωμὸν ἀνάψαντος, καὶ λιβανωτὸν ἀποθύσαντος, ἐπώμνυεν ὁ Θεαγένης. *Bourdelotium* non moror, et emendo ἑστίας ἐσχάραν· *domestici foci craticulam*; et λιβανωτὸν ἐπιθύσαντος. Adde *Euripidae* locum in Cyclope v. 383.

—— —— ——— ὑψηλῆς δρυὸς
Κορμοὺς πλατείας ἐσχάρας βαλὼν ἔπι.

et quae plura prostant in Miscell. Observ. Vol. V. p. 281. 49

Quod addit *Ammonius*: *Μέγαρον* —— *ἔνθα τὰ μυστικὰ τῆς Δήμητρος.* id lucem addit antiquo *Scriptori*, cuius fragmentum in v. *Μέγαρον* conservavit *Suidas*: *ὠθεῖ ἑαυτὸν εἰς τὸ μέγαρον· ἔνθα δήπου τῷ μὲν ἱεροφάντῃ μόνῳ παρελθεῖν θεμιτὸν ἦν κατὰ τὸν τῆς τελετῆς νόμον, ἐκείνῳ δὲ οὐκ ἐξῆν.* Concinne *Hesychius*: *Ἀνάκτορον, τὸ τῆς Δήμητρος· ὃ καὶ Μέγαρον καλοῦσιν, ὅπου τὰ Ἀνάκτορα τίθεται.* quae mendo non vacant. Confer *Pollucem* IX. 15. *Photius* in Lexico: *Μάγαρον, οὐ μέγαρον, εἰς ὃ τὰ μυστικὰ ἱερὰ κατατίθεται· οὕτως Μένανδρος.* Nisi *Menandri* facta fuisset mentio, hoc loco careremus. Quae porro in hac nota traduntur, notissima sunt, neque minus, quod sub teste *Neanthe* docet, aliunde firmari posset. Denique subiungit: *παρὰ δ' Εὐριπίδῃ Ἐσχάρα ἀντὶ τοῦ βωμοῦ κεῖται ἐν Πλεισθένει.* Proprie quidem *ἐσχάρα* *foculus* erat *altaris* *βωμαῖον ἐσχάραν* vocat *Sophocles* apud *Steph. Byz.* in *Βωμοί*, ubi vid. *Berkel.* *Euripides* Androm. v. 1138.

Βωμοῦ κενώσας δεξίμηλον ἐσχάραν.

Frequentissime pro ipso *altari* usurpabatur. *Schol. Hom.* ad Il. *K.* v. 418. *δηλοῖ δὲ ἡ λέξις* —— *καὶ τὸν βωμὸν, ὡς παρ' Εὐριπίδῃ ἐν Ἡρακλεῖ.* v. 922. Adde *Eundem* in Heraclidis v. 122. 342. Phoen. v. 281. 291. Alcest. v. 117. 131. Androm. v. 1240. Supplic. v. 33. et 1200. Ampliss. *Cuperus* Observ. I. cap. XII. conferri poterit. Id unum restat, ut verbum de *Neanthis* libro moneam. Ita praeferunt *Ammonii* Editiones: *Νεάνθης ὁ Κυζικηνὸς ἐν τρίτῳ τῶν κατὰ πόλιν.* *Cuperus* vertit p. 97. *de iis quae ad singulas pertinent urbes.* Male. Ex *Ammonio* *Neanthis* *τὰ κατὰ πόλιν* memorant *Meursius* ad *Hesych. Miles.* p. 153. et *Maussacus* ad *Harpocr.* in *Ἄττις*, ubi etiam eiusdem secundi librorum *περὶ τελετῆς* occurrit mentio. *Etymologo* citatur *ἐν πρώτῳ περὶ τελετῶν*, monente *Valesio*. Itaque, ut paucis coniecturam exponam, favente MS. in *Ammonio* legendum suspicor *ἐν τρίτῳ τελετῶν, κατὰ πόλιν βωμοὺς θεῶν, φησὶν, ἐσχάρας δὲ ἡρώων.*

CAPUT XII.

Ariſtophanis Gramm. nomen in Ammonio reponitur. E ſcribendi compendiis orti errores. Πάλλαξ, Catulaſter. utriusque vocis eadem denominationis ratio. Paucula loca ſanantur. Ἀντίπαις *et* Μελλοέφηβος. Ἀπόδρομοι. *Gloſſae Cretenſes illuſtr. et emend.* Ὠμογέρων. Ἐσχατόγηρως *in Stobaei collectaneis mendoſum.*

Γέρων] Eadem lege, qua ſuperiori capite verſabar, nonnulla ex hac etiam nota ſeligam et illuſtrabo. Quae hic traduntur, pleraque omnia deſcripſit et ſub *Alexionis* nomine vulgavit *Euſtathius*, nihil interim nobis adfert adiumenti. Adcuratiſſima iterum diligentia *Ammonius* hanc obſervationem legiſſe ſeſe praecipit in *Alexionis* Epitome Miſcellaneorum *Didymi*, qui eandem hauſerit ἐκ τῶν Ἀρίστωνος περὶ ἀνθρώπου γενέσεως καὶ αὐξήσεως ἄχρι γήρως. Dabo operam, ut Lectori perſuadeam, pro Ἀρίστωνος legendum Ἀριστοφάνους. In veteribus membranis nomina propria raro integra poni ſolent, frequenter media parte 51
truncata. Non eſt, cur veterum librorum uſum pereziguum invidioſe hic venditem, cum plura ad hanc rem firmandam in Palaeogr. Graec. p. 348. protulerit *Montfauconius*, ad literas in Gallia tutandas natus. Plurimos hinc ortos errores paſſim eruditi viri detexerunt. In *Schol. Ariſtoph.* ad Ran. v. 1155. pro Ἄριχος *Caſaubonus*, monente *Kuſtero*, Ἀρίσταρχος reſtituit. Ad nos propius ſpectat, quod in *Ammonii* Editione prima *Aldina* in Νῆες legebatur Ἀριτέλης pro Ἀριστοτέλης. Atque ita noſtro in loco ſuſpicor MS. praetuliſſe Ἀριστονους pro Ἀριστοφάνους. Nunc quaeſo *Ammonium* inſpice in v. Ἄῤῥωστος· ubi offendes ὡς Ἀριστοφάνης φησίν. cum hoc loco conferendus eſt *Herennius Philo*, qui in eadem voce Ἄῤῥωστος, οὕτως, inquit, Ἀριστογεῖ δοκεῖ. ſcribe primum Ἀριστονεῖ, tum Ἀριστοφάνει. Necdum tamen ultra veri primam ſpeciem haec coniectura adſurgit. Magnam probabilitatem eidem conciliavero, ſi eruditi lectores ſibi in memoriam redegerint, in ea quae hic tractatur materia elaboraſſe Grammaticum *Ariſtophanem*; eius opus περὶ ἡλικιῶν citatur ab

Athenaeo IX. p. 375. A. quod περὶ ὀνομασίας ἡλικιῶν plus femel vocat *Euſtathius*, uti ex Ind. Auct. *Fabriciano* didici. Tantam denique huic opinioni adfirmabo certitudinem, ut amplius ea de re dubium moveri non poſſit. Eum in finem adſcribam *Euſtathii* verba e comm. ad Il. *N.* p. 944. v. 18. Βρέφος, ὡς ὁ Γραμματικὸς Ἀριστοφάνης φησὶ, τὸ ἄρτι γεγονὸς παιδίον, ὃ ἡ τηθὴ (malo τιτθὴ) τρέφει. παιδάριον τὸ περιπατοῦν καὶ ἤδη λέξεως ἀντιποιούμενον. παιδίσκος ὁ τῆς ἐχομένης ἡλικίας. παῖς, ὁ δι᾽ ἐγκυκλίων ἤδη
52 μαθημάτων δυνάμενος ἰέναι. ὁ δὲ μετ᾽ αὐτὸν πάλλαξ, καὶ βούπαις, καὶ ἀντίπαις, καὶ μελλέφηβος. Dum vero hac in re nimius fuerim, fidem do, me in reliqua nota expo-nenda breviorem fore. Itaque βρέφος, παιδίον, παιδάριον, παιδίσκον, παῖδα praetereo, τὴν δ᾽ ἐχομένην ταύτης ἡλικίαν nonnulli vocabant, uti docet *Ammonius*,

Ibid. Πάλληκα.] Apud *Euſtath.* etiam πάλλαξ legitur, quae melior videtur ſcriptura; adoleſcentulos παλλάκια dixerat *Plato* Comicus, *Poll.* II. 9. Vulgatior forma Πάλληξ apud Grammaticos fere obtinuit. Ἀνδρόγυνος πάλληξ in *Lucilii* verſu reſtitutum ivit *Iſ. Voſſius* ad *Catull.* p. 9. ubi, ſi non repertae veritatis, ingenii tamen acutiſſimi laudem eximie tuetur. *Cyrilli* Gloſſarium: Πάλληξ, *Pupa, Pupula, Catulaſter.* Poſtremum Graecae vocis originem patefacit: ſicuti enim a *catuliendo, catulaſter*; ita ἀπὸ τοῦ πάλλειν, primum πάλλος, mox forma intenſiva, πάλλαξ. Eam vocem Doribus acceptam refert *Etymologus* p. 649. v. 57. Παλλακὶς, ἡ παῖς· κατὰ Δωριεῖς πάλλαξ λέγεται. forſan ſcribendum: Παλλακὶς, ἡ νέα· ὁ παῖς κ. Δ. Primum ſcriptus Codex *Etym.* legit Παλλακὶς, ὁ παῖς κ. Deinde *Cyrillus* Lex. MS. Παλλακὶς, ἡ νέα καθ᾽ ἡλικίαν. Veram denominationis rationem novit *Cornutus* de Nat. Deor. cap. XX. p. 187. ἀφ᾽ οὗ καὶ πάλληκες καὶ παλλακαὶ (L. παλλάκια) προσαγορεύονται. σκιρτητικὸν δὲ καὶ παλλόμενον, τὸ νέον. Orientales non aliam ob rationem *puerulum* صبي *zaby* nuncupabant; id vocabuli priſtina virtute *ſalacem* dicit, *adſaltum et catulitionem emicantem*, πάλλακα. quam obſervationem debeo Viro Maximo, *Alb. Schultenſio*, cui quantum debeam, cum pro meritis dici a

me non poſſit, grato pectore continebo, modo ne nobile 53
tanti praeceptoris nomen incautus ego dedecorem.

Ibid. οἱ δ᾽ Ἀντίπαιδα, οἱ δὲ Μελλοέφηβον καλοῦσιν.] Apud *Thomam M.* in v. Παῖς, pro ἀρτίπαις, quod Cl. *Graevio* in Lect. *Heſiod.* cap. XXIV. non diſplicuit, repone Ἀντίπαις. Gloſſae exponunt: *juvenis, puerafter.* *Luciani* locum aptiſſimum dabit *Iungerm.* ad *Poll.* II. 9. *Sophocles* in Συνδείπνοις apud *Athen.* XV. p. 679. A.

—— —— κἀντίπαιδα καὶ γένει μέγαν.

Confer *Aem. Portum* ad *Suidam* in Ἀντίπαις, ubi *Ariſtophanes* τὸν πρόσηβον vocaſſe etiam traditur ἀνδρόπαιδα· crediderim potius vim vocis ἀνδρόπαις a *Suida* minus perceptam, cuius nominis honore eos dignabantur, qui *ante annos animum virilem gerebant.* Ea de re notat ad *Callim.* H. in Cerer. v. 35. Ill. *Ez. Spanhemius* p. 688. quibus adde *Schol. Pind.* ad *Pyth.* Od. II. v. 131. Non unum errorem commiſit *Fulvius Urſinus* in *Virg.* collat. Script. Graec. illuſtr. p. 384. quos facile emendabis, ſi *Meurſium* conferas in *Sophocle* p. 81. Deinde Μελλοέφηβον in *Ammonio* ex Edd. fide vulgavi, neque tamen ſperno *Vulcanii* lectionem Μελλέφηβον· haec certe priori frequentior. In *Heſychio* reperire licet μελλέπαισι et μελλόπαις. Gloſſ. Μέλλαξ, *adultus, adoleſcens.* *Heſych.* Μελλίρην, μελλέφηβος, et Ἰρίνες, μελλέφηβοι. Utraque gloſſa, inter Laconicas referenda, *Meurſii* diligentiam fugit in Miſcell. Lacon. II. c. III. His adde *Heſych.* Λαόπαις, βούπαις. Ubi legendum videtur Λάσπαις. uti λάσταυρος. *Idem:* Λαίσπαις, βούπαις· Λευκάδιοι. Porro ἐφήβους a Cyre- 54
nenſibus Τριακατίους dictos monet *Amm.* Hos Cretenſes Ἀποδρόμους dicebant διὰ τὸ μηδέπω τῶν κοινῶν δρόμων μετέχειν. quod, niſi fallor, a *Meurſio* etiam in Creta praetermiſſum. *Suidas:* Δρόμοις, τοῖς γυμνασίοις· κατὰ Κρῆτας. *Heſychius:* Δεκάδρομοι, οἱ δέκα ἐν τοῖς ἀνδράσι ἐσχηκότες ὑπὸ Κρητῶν. Fortaſſe legendum: οἱ δέκα ἔτη ἐ. τ. ἀ. ἠσκηκότες. Bina denique aetatis ſenilis nomina tangam.

Ibid. ὠμογέροντα.] *ſenem nondum maturum* dixeris.

Usurpavit *Homerus* Il. Ψ. v. 791. ubi *Schol.* ineditus illis, quae prostant, subiungit: τοὺς μὴ τελείως (ita legendum) ὑπὸ τοῦ γήρως καθηψημένους δηλοῖ· ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν κρεῶν τῶν ἑψηθέντων μὲν, οὐ μὴν τελείως. Hinc emendandus *Hesychius*, qui binas notas ex Commentariis *Homericis* Lexico suo inseruit. Contra *decrepitus* senex ἑφθὸς γέρων dicebatur. *Philoxenus* in Gloss. *Decrepitus*, Ὑπέργηρως, Ἐκπεπνευκὼς, Ἑφθὸς γέρων. ita scribi debet. In *Ammonio* Ἐσχατόγηρως. *Marcus Antoninus* de Rebus suis L. IX. §. 33. ὁ ἐσχατόγηρως ἀποθανὼν εἰς ἴσον καταστήσεται τῷ προώρῳ. Confer *Poll.* II. 13. Vitiose apud *Stobaeum* Tit. X. p. 132. Interrogatus *Simonides*, quamobrem ἐσχάτου γήρως (L. ἐσχατόγηρως) ὢν, φιλάργυρος εἴη, ὅτι, εἶπε, βουλοίμην ἂν ἀποθανὼν τοῖς ἐχθροῖς μᾶλλον ἀπολιπεῖν, ἢ ζῶν δεῖσθαι τῶν φίλων, κατεγνωκὼς τῆς τῶν πολλῶν φιλίας τὸ ἀβέβαιον. in ultimis reddendis ad communem interpretum scopulum offendit *Gesnerus*

55 CAPUT XIII.

Differentia inter γράμμα et στοιχεῖον, literam et elementum. Ammonius Philosophus emend. Diomedes Rabbinizans. Γράμμα pro σύγγραμμα. Excerpta ex Scholiastis ineditis Dionysii Thracis. Erudita Grammatici observatio ex Adverſ. Vossii.

Γράμμα Στοιχείου διαφέρει.] Huc pertinet elegans *Ammonii* Philosophi locus in *Aristot.* de Interpret. fol. 17. a. quem non unam ob rationem iuvat adposuisse: Γράμματα καὶ στοιχεῖα λέγεται μὲν καὶ ὁ γραφόμενος ἑκάστου τῶν στοιχείων τύπος, λέγεται δὲ καὶ ἡ ἐκφώνησις, καθ' ἣν ἕκαστον φθεγγόμεθα. καὶ λέγεται μὲν ἐπ' ἀμφοτέρων ἑκάτερον τῶν ὀνομάτων· ἀλλὰ τὸ μὲν τοῦ γράμματος ὄνομα προηγουμένως τὸν δι' αὐξήσεως ἀποτελούμενον χαρακτῆρα σημαίνει, τὸ δὲ τοῦ στοιχείου τὴν ἐκφώνησιν, διὰ τὸ εἶναι (forsan ἔχειν) στοῖχόν τινα καὶ τάξιν, φησὶν ὁ Διονύσιος. Pro τὸν δι' αὐξήσεως, emendo: τὸν διὰ ξύσεως. Vide *Hesych.* in Ξύει. Per *Dionysium*, *Thracem* intelligit, in

cuius Arte Grammat. apud Cl. *Fabricium* Bibl. Gr. vol. VII. p. 27. legimus: γράμματα δὲ λέγεται διὰ τὸ γραμμαῖς καὶ ξυσμαῖς (MS. στιγμαῖς· margo ξυσμαῖς habebat; prius videtur a *Dionyfio* pofitum) τυποῦσθαι· γράψαι γὰρ τὸ ξύσαι παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ——— τὰ δὲ αὐτὰ καὶ στοιχεῖα καλεῖται διὰ τὸ ἔχειν στοῖχόν τινα καὶ τάξιν. Vin acumen grammaticum a *Diomede* Scholiafta ad h. l. excogitatum? En hominis verba e MS. *Voffiano*: γράμματα ——— ἐντυπούμενα ξυσμόν τινα ἀποτελεῖ, μάλιστα ἐν τοῖς πτυχίοις ὑποκειμένου κηροῦ· δῆλον γὰρ ὅτι ἐν αὐτῷ ἐπενοήθη τὸ γράμμα ἐντυποῦσθαι, ἵνα, ὡς τὸ μέλι τὸ πρώτιστον 56 βρῶμά ἐστι τοῖς βρέφεσιν, οὕτω καὶ τὸ λειπόμενον ἐκ τοῦ μέλιτος τῆς λογικῆς ἐντεύξεως καὶ μαθήσεως ὑποδεκτικὸν εἴη τοῖς παισί. Faceta oratio! neque memini me legere, quod ad Rabbinicum ingenium propius accederet: fed ad rem. Latini Grammatici non minus fedulo *literam* et *elementum* diftinxere, monente *G. I. Voffio* de Arte Gramm. I. cap. VIII. *Aufonius* Profeffor. XXI.

Qui primaevos fandique rudes
Elementorum prima docebas
Signa novorum.

Signa elementorum funt τὰ τῶν στοιχείων γράμματα. *Quartum elementorum literam* dixit *Suetonius* Caef. cap. LVII. Ex *Ammonii* nota egregie emendata commodam *H. Valefius* lucem adfudit *Sozomen.* Hift. Ecclef. VI. c. 35. p. 270. συλλογῇ γραμμάτων καθ' ἕκαστον στοιχεῖον. Prima parte *Ammonianae* notae defuncti, ad alteram accedimus, in qua docet, veteres γράμματα etiam vocaffe τὰ συγγράμματα. Quod *Lucianus* βιβλίον dixerat, obfoletae dictionis amans Lexiphanes γράμμα nuncupat fub initium Lexiphanis *Lucianei*. *Aefchines* Epift. IV. τουτὶ (malo τουτουῒ, *Pindari*) μὲν γὰρ οἶμαι· ὅτι παρὰ Μαντίᾳ τῷ γραμματιστῇ ἅμα ἐμοί ποτε ἔμαθες τὸ γράμμα. *Antipater* Anthol. I. c. XLVI. ep. 1. Γράμμα τόδ' Ἀρήτοιο δαήμονος. Ibid. cap. LXVII. ep. 10. Γράμμα τ' Ἀνακρείοντος. Monet *Scholiafta Dionyfii Thracis* τὴν γραμματικὴν olim fuperbo titulo Κριτικὴν nuncupatam; id nemini non notum; quod

addit, ab alio doceri vix putem: *Ἀντόδωρος δέ τις Γραμ-*
57 *ματικὸς Γραμματικὴν αὐτὴν ὠνόμασεν παρὰ τὴν γνῶσιν τῶν γραμμάτων· Γράμματα δὲ καλοῦνται καὶ τὰ συγγράμματα καὶ τὰ ἀπομνημονεύματα πάντα, καὶ λογικὰ ἐπιτηδεύματα.* Celebrantur in hanc rem ab *Ammonio Callimachi* verſiculi. Alter *Dion. Thracis Scholiaſta* (quorum nomina antiquiſſimus Codex *Leidenſis* nuſpiam praefert): *εἴρηται δὲ γραμματικὴ παρὰ τὰ γράμματα· οὕτω γὰρ καὶ Καλλίμαχος σύγγραμμα βουλόμενος εἰπεῖν ἐχρήσατο· ἀλλ' ἐν τῇ Πλάτωνος τὸ περὶ ψυχῆς γράμμα ἀναλεξάμενος.* Ita MS. habet, ſed legi debet:

— — — — ἀλλὰ Πλάτωνος
Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.

Et quia conſtitui in gratiam ſtudioſorum hominum hoc caput dare excerpendis Grammaticis, nunc adſcribam, quorum ſupra mentionem faciebam, ex Adverſariis *Iſ. Voſſii.* Excerpta ſunt ex libro, qui *Γεωργίου Γραμματικοῦ τοῦ Χοιροβοσκοῦ* nomen in fronte gerebat. Sed dubitat *Voſſius*, ſitne liber *Choeroboſci*, et iure merito dubitat: aliunde mihi conſtat, iſtum hominem ab eruditione, quae in excerptis hisce elucet, minime fuiſſe paratum; deinde dici non poteſt, quam faciles ſint in huiuscemodi rebus lapſus. Amoeniſſimi vir ingenii neque in membranis tractandis hoſpes *Alexander Morus* in not. ad *Matth.* Evang. VI. v. 9. ſub *Dionyſii Thracis* nomine, dubitabundus tamen, protulit, quae Chriſtiano Grammatico hominum ineptiſſimo tribui debent, cuius vaſtum in *Dionyſ. Thracem* commentarium otioſus aliquando deſcripſi. Sed cuiuscunque tandem ſint, excerpta egregia ſunt: *Φησί που* (*Voſſ.* Codex *Λησίπου*, vitioſe.) *τῶν αὐτοῦ λόγων ὁ σοφὸς Ἐρατοσθένης, ὅτι Γραμματική ἐστιν ἕξις παντελὴς ἐν*
58 *γράμμασι· γράμματα καλῶν τὰ συγγράμματα· δηλοῖ ὁ Καλλίμαχος εἰπών,*

— — — Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
Γράμμα. — — —

καὶ πάλιν παρὰ Κλεομβότῳ (Lege: *περὶ Κλεομβρότου*),

Ἦμ ἐχαῖρε φαεινὲ Κλεόμβροτος Ἀμπρακιώτης·
Ἥλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἀΐδην.
Ἄξιον οὔτι παθὼν θανάτου κακὸν, ἀλλὰ Πλάτωνος
Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμα ἀναλεξάμενος.

Πρὸς τοῦτο δὲ εἶπεν Ὀλυμπιόδωρος ὁ Φιλόσοφος,

Εἰ μὴ γράμμα Πλάτωνος ἐμὴν ἐπέδησεν ἐρωὴν,
Ἤδη λυγρὸν ἔλυσα βίου πολυκηδέα δεσμόν.

Τουτέστιν εἰ μὴ ὠφελήθην ἐκ Πλάτωνος τρόπον εὐζωΐας, προέκρινον ἂν μὴ εἶναι, ἢ κακῶς εἶναι. Dum haec ſcribo, forte fortuna *Fabricii* Biblioth. Gr. evolvo, et *Olympiodori* diſtichon ex Scholiis *Theodoſii* Alexandrini vulgatum reperio L. III. c. 1. p. 9 et 10. necdum poenitet operae. *Callimachi* loca in editis epigrammatibus proſtant. Prior epigr. VI. poſterior epigr. XXIV. non ſine inſigni ſcripturae differentia. Primus verſus ita vulgatur:

Εἴπας, Ἥλιε χαῖρε, Κλεόμβροτος ὡ'μβρακιώτης.

Rectius Grammaticus noſter legiſſe videtur:

Ἥλιε χαῖρε φαεινὲ, Κλεόμβροτος ὡ'μπρακιώτης.

Deinde praeſtat prae vulgata tertii verſus lectio: in ultimo ponendum γράμμ' ἀναλεξάμενος. Nunc in *Ammonio* pergendum.

CAPUT XIV. 59

Aeſchyli fragmentum emend. Γήμασθαι, nubere, de viris uſurpatum. Diſcrimen inter Λόχον et Σόλον neglexit Apollon. Rhod. Pindari loca illuſtrantur, et ſcholia turbata rediguntur in ordinem.

Γῆμαι τοῦ Γήμασθαι διαφέρει.] Nihil erat in hac nota, quod me adeo potuiſſet morari, ſi non *Aeſchyli*, qui ex Amymone profertur, verſum in notis intactum praetermiſiſſem. Parum dubito, quin pro μὴ legi debeat μοὶ, ad hanc rationem:

Σοὶ μὲν γαμεῖσθαι μόρσιμον, γαμεῖν δὲ μοί.

Tibi quidem viro nupſiſſe, at mihi uxorem duxiſſe fatale

fuit. Versus non alium in usum, quam ad vulgare discrimen confirmandum, adfertur. Ubi ab hac lege veteres discedunt, et de viris *γήμασθαι* usurpant, id de iis accipiendum, *qui dotibus deleniti ultro etiam uxoribus ancillantur*, uti loquitur *Titinnius* apud *Nonium* in *Delenitus.* p. 278. Apud *Eundem* p. 143. in v. *Nubere*, *Pomponius: meus frater maior nupsit posterius dotatae vetulae.* ubi confer *Merceri* notulam, et si qui rariorem hanc verbi *nubendi* elegantiam tradiderint. Eodem fortasse sensu *Antiphanes* in Lex. Biblioth. *Coislin.* p. 482. *Γαμῶ ἡ γυνὴ λέγει, οὐ γαμοῦμαι. Ἀντιφάνης Ἀσώτοις. ἐγημάμην ὁ ἀνὴρ λέγει ἀντὶ τοῦ ἔγημα.* Ex Comoediae titulo non iniuria quis suspicetur, eodem usu ab *Antiphane* adhiberi, quo *Anacreon* apud *Ammon.* utitur.

Δίσκος καὶ Σόλος διαφέρει.] *Δίσκος*, *lapis pertusus; Σόλος*, *solida ferri massa complanata*, ut in orbem rotari posset. Ita discernit *Tryphon*, a quo parum discedunt alii, *Schol. Hom.* ad Il. *B.* v. 774. *Δίσκος ἐστὶ βαρὺς λίθος, ὃν ἐῤῥίπτουν* (MS. *Voss.* *ἐνεῤῥίπτουν*· lege: *ἀνεῤῥίπτουν*·) *οἱ γυμναζόμενοι. Τὸν γὰρ σιδηροῦν σόλον προσαγορεύουσι.* ubi vide *Barnesium*, et si qui porro hanc Grammaticorum differentiam exhibuerint. Eam ab *Homero* observatam neglexit *Apollon. Rhod.* III. v. 1364. *περιηγέα πέτρον, Δεινὸν ἐνυαλίου σόλον Ἄρεος*· et alibi voce *σόλος* usus, III. v. 1371. IV. v. 657. nuspiam *δίσκος* adhibuit, nisi fortasse in animum inducas, *Apollonium* scripsisse IV. v. 851.

> *Τοὺς δ' εὗρεν παρὰ νηΐ σόλῳ ῥιπῇσί τε δίσκων*
> *Τερπομένους.*

pro vulgato *ῥιπῇσι τ' ὀϊστῶν*· quod uti non inprobo, alterum tamen, si in MS. legeretur, veri speciem haberet non exiguam. *Δίσκοισιν τέρποντο* leges apud *Homerum* l. c. De disco Spartano conf. *Euripides* Helen. v. 1488. Nihil ad illustrandum *Ammonium* magis opportunum *Pindaro*, qui Olymp. Od. X. v. 86. vocis originem simul pandit:

> *Μᾶκος δ' Ἐνικεὺς ἔδικε πέτρῳ.*

Schol. *μακρὸν ἐδίσκευε δίσκῳ λιθίνῳ*· *οὕτως οἱ ἀρχαῖοι.*

Pro *δισκεύειν* *Leonteus* dixit *γυροδρόμον πέτρον δινεύειν*, Anthol. I. c. XXXIII. ep. 25. Confer *Sosibium* in *Theocriteis* 61
Lection. *Casauboni* cap. XII. *Pind.* Isthm. Od. II. v. 51. Ibidem Od. I. multa praefatus super Castore et Iolao, qui variis in certaminibus olim fuerant nobilitati, tandem volubilem manuum ipsorum agilitatem admiratus, subiicit v. 33.

Οἷά τε χερσὶν, ἀκοντίζοντες αἰχμαῖς,
Καὶ λιθίνοις ὁπότε δίσκοις ἵεν.

Locus difficilis exercuit commentatores; non parum eius sensum iuvat *Ammonius*, qui pro *ὁπότε*, *ποτὲ*, *quondam*, hac ratione videtur legisse:

Καὶ λιθίνοις ποτ᾽ ἀνὰ δίσκοις ἵεν.

Quae utique lectio recepta longe melior. *Pindari* mentem *Nicolaus Sudorius*, non temere cum quoquam interpretum comparandus, graviter expressit:

Ad haec gementem qualiter aëra
Rupere, coniectis in altum
Cuspidibus gravibusve discis!

Nostram curam veterum requirunt scholia, quae, nisi ego plane coecutio, egregie sunt perturbata in editione certe *Pauli Stephani*. *Oxoniensem* non vidi; indidem itaque, quae ad locum modo adductum leguntur, describam: *ἃς ἀποτομάδας καλοῦσι. παρόσον οἱ ἀρχαῖοι τοῖς νικῶσιν ἀκοντίῳ τοσοῦτον ἀπετέμνοντο τῆς γῆς ἔπαθλον, ὅσον ὁ νικηφόρος ἠδύνατο βαλεῖν.* quae omnia exhibuit *Ianus Gebhardus* una cum versu *Pindari* ad *Propert.* III. El. XIII. v. 10. Vereor, ut intellexerit. Quid enim quaeso veteres *ἀποτομάδας* vocavere? *Praemium*, ni fallor, *certaminis*; 62
eius vero necdum fecerat mentionem *Pindarus*, qui ita pergit:

Οὐ γὰρ ἦν πένταθλον ἔτ᾽, ἀλλ᾽ ἐφ᾽ ἑκάστῳ
Ἕρματι κεῖτο τέλος, ——— ———

Vocabulum *Ἕρματι* fraudi fuit interpretibus: seiunge, si placet, et lege: *Ἕρμα τι κεῖτο τέλος*, *singulis certaminum generibus* certum quid et suis limitibus circum-

scriptum constituebatur praemium. Hoc qui probaverit, videbit illico, quo referenda sit *Scholiastae* observatio, quam suo loco motam fuisse, mirum non est; en novum huius sententiae argumentum. ἔργματι κεῖτο τέλος] καὶ Ὅμηρος Βόμβησε δὲ λίθος, κατὰ δ' ἔπτηξεν ποτὶ γαίῃ. Planissime persuasus sum, *Homeri* versum non posse nisi ad superiora, λιθίνοις δίσκοισι, referri. Inspice modo *Ammonium*, et mecum senties. Priora dubitabundus eum in finem posui, ut ad hunc locum eruditiores animum adverterent, quidque rei esset, declararent.

CAPUT XV.

Arbitri Athenis non unius generis. Κληρωτοὶ eligebantur prope sexagenarii. Pollux correctus. Arbitri, expertae virtutis homines. Ἵστορα θεῖναι. Menandri versus in Adelphis emend. a Terentio expressus. Διαβόητος et Περιβόητος usu vix differunt. Hesychius macula liberatur. Vocabulum Ἐπίσφατος sitne genuinum?

63 Δικαστὴς καὶ Διαιτητὴς διαφέρει. Δικαστὴς μὲν γάρ ἐστιν ὁ κατὰ νόμον αἱρεθεὶς κριτής· Διαιτητὴς δὲ, ὁ κατὰ συμφωνίαν αἱρεθεὶς, συμβιβάσεως χάριν.] *Harpocrationi*, qui discrimen ponit inter δικαστὰς et διαιτητὰς, obloquitur *Heraldus* Animadv. in *Salm.* Obs. ad I. A. et R. L. V. C. XIV. §. 5. Ea lis nihil ad *Ammonium* facit. Scilicet Athenis *Arbitri* fuerunt sive *sorte*, sive pro *libero* partium diffidentium *arbitrio electi.* Priores dicebantur κληρωτοί; horum numerus, aetas, alia, lege fixa erant et definita. Vide *Vales.* ad *Harpocr.* p. 19. *Petit.* ad LL. Att. p. 345. et seqq. qui notat, sexagenariis non licuisse esse minoribus, inductus loco *Poll.* VIII. 126. Sed si *Pollucem* velis cum aliis reducere in concordiam, pro ὑπὲρ scribes περί. *Hesychius* in Διαιτηταὶ, —— οἱ δὲ περὶ ἑξήκοντα ἔτη γεγονότες διῄτων· quocum amice conspirat, quem *Phavorinus* sequitur, *Suidas:* Διαιτητὰς, τοὺς ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότας. Verum hi διαιτηταὶ potius secun-

dum *Ammonium* δικασταὶ dicendi; quippe qui vere fuerint κατὰ νόμον αἱρεθέντες κριταὶ, quum ex ipfius doctrina Διαιτητὴς tantum fit adpellandus ὁ κατὰ συμφωνίαν αἱρεθεὶς, συμβιβάσεως χάριν. Huiuscemodi certe διαιτητὰς illis, quos modo memorabam, antiquiores fuiffe iudicat Cl. *Hemfterhuif.* ad *Poll.* VIII. 126. n. 80. ubi eximium profert *Platonis* locum, quo repelli poffit *Thomae M.* cautio: Διαιτητὴς λέγε, καὶ μὴ αἱρετὸς κριτής. Praeter alia in *Philoxeni* Gloffario ad vocem *Elegans* legere licet; Αἱρετὸς, Διαιτητής. quibus, a reliquis feparatis, praeponendum videtur: *Electus.* Talium etiam διαιτητῶν ex *Demofth.* Mid. p. 398. C. meminit *Petitus* p. 344. Perquam autem fit credibile, partes litigantes arbitros elegiffe homines probatae virtutis et fidei. *Demofth.* contra Phormion. p. 587. B. litem difceptandam commifimus Θεοδότῳ ἰσοτελεῖ κατὰ συνθήκας. contra Boeot. II. p. 646. B. ἕτοιμος ἦν ἐπιτρέπειν τῷ Ἀκόνωνι καὶ ἄλλῳ διαιτητῇ ἴσῳ. Vide *Harpocr.* in Ἐπιτροπή. Quod *Demofth.* διαιτητὴν ἑλέσθαι, *arbitrum capere*, id *Homerus* vocat ἵστορα θεῖναι. Il. ψ. 485. 64

Ἵστορα δ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα θείομεν ἄμφω.

Ceterum neque caftiori fcribendi formae addicti discrimen ab *Ammonio* indicatum femper obfervarunt. *Temerarius arbiter Idae*, *Stat.* Achill. I. v. 67. *Luciano* in Deor. Dial. XX. modo δικαστὴς, modo διαιτητὴς audit. *Menandri* verfu ἐν Παιδίῳ in fuam fententiam fcite ufus eft *Ammonius*. Qui *Menandri* fragmina religiofius aliquando componere ftudebunt, Comoediae nomen hinc lucri facient. Adponam hic etiam *Menandri* verfum, quem in fequenti obfervatione ad v. Διέφθαρται citat *Ammonius*: Μένανδρος Ἀδελφοῖς,

Εἰ δ' ἔστι τὴν κόρην διεφθορώς.

Repone vocem, quae excidit, auctoritate *Euftathii* ad Il. *B.* p. 145.

Εἰ δ' ἔστιν οὗτος τὴν κόρην διεφθορώς.

Quem verficulum in Adelphos transtulit *Terentius*, III. I. v. 9.

Quando vitium oblatum eſt; quod ad illum *attinet potiſſimum;*
65 *Talem, tali ingenio atque animo, etc.*

Id ab aliis nondum fuerat animadverſum. *Bentleii* emendationem in *Terentio* cupide amplector.

Διαβόητος Περιβοήτου διαφέρει.] Secundum *Ammonium Διαβόητος virtute clarum* dicit, *Περιβόητος flagitiis infamem.* Eo ſenſu διαβόητος uſurpavit *Alciphron* I. Ep. 31. p. 128. II. Ep. 1. p. 204. *Heſychius* in *Τιτορμὸς* —— *ἀνὴρ διαβεβοημένος ἐπὶ ἀνδρείᾳ καὶ μεγέθει. Parthenius* c. IV. *ἐπὶ συνέσει φρενῶν ἐπὶ μέγα διαβεβοῆσθαι.* qua locutione utitur etiam *Lucianus* Necyom. §. 6. Plura loca non congeram, cum, iudice Viro Clariſſ. *Tib. Hemſterhuiſio*, *nihil exploratius* fit, *quam veterum more in utramque partem dici.* in quam ſententiam paria ſcribit Cl. *Dukerus* loco ſupra citato. Utrumque uſum agnovit in *Διαβόητος* et in *Περιβόητος Heſychius.* Ne quid tamen diſſimulem, veteres vocem *Περιβόητος* in deteriorem plerumque partem accepiſſe, plurima ſunt, quae perſuadeant. Emenda *Heſychium: Περιλεσχηνευτὸς, περιποίητος, περιλάλητος.* et repone *περιβόητος.* Iam vero, quae hominum eſt illiberalium protervia, haec fere commemorari ſolent et *περιβεβοῆσθαι, circumquaque ſpargi,* et maligne divulgari, quae quis minus decenter commiſerit et perpetraverit. Et ne id temere videar adſeruiſſe, loca indicabo, in quibus omnibus *περιβόητος* in deteriorem ſenſum accipiatur. Eum in finem conferri poterunt *Soph.* Oed. Tyr. v. 201. *Evenus* Anth. I. c. LXX. ep. 1. et III. c. XII. ep. 13. *Demoſthenes* de Cor. p. 354. C. *αἰσχρᾶς καὶ περιβοήτου συστάσεως.* Idem contra Boeot. II. p. 642. C. *περιβόητος γὰρ ἡ πρᾶξις ἐγένετο.* loquitur de Plangonis
66 periurio. *Aeſchines* contra Tim. p. 186. A. *περιβοήτως ἐξηλέγχθη κλέπτης ὤν.* *Demoſthenes* etiam alibi utitur, nuſpiam vero alio ſenſu. Ex his conſtare poterit, quamcunque demum lectionem in *Thucydide* probaveris VI. c. XVI. parum intereſſe, cum *περιβόητος* aeque ad vituperium poni poſſit, quam *ἐπιβόητος.* *Ammonius* in praecedenti

observatione postquam dixerat: Ἐπιβόητος δ' ὁ μοχθηρὰν ἔχων φήμην, et *Anacreontem* advocaverat, subiungit: Τοῦτον δ' ἔνιοι τῶν ποιητῶν ἐπίσφατον καλοῦσιν. Librorum penuria fecit, ut nemo idonei scriptoris loco vocem ἐπίσφατον confirmaverit, cuius ratio mihi necdum patet. Cogitavi aliquando, pro ἐπίσφατον corrigendum ἐπίψογον· eamque cogitationem *Pollux* suggesserat, V. 159. Ἐπιβόητος δὲ, καὶ ἐπίῤῥητος καὶ ἐπίψογος. Verum sobria Critica talem emendandi rationem respuit. Ad receptam vocis scripturam conferri possunt, quae in Thes. T. IV. p. 71, 72. notavit *H. Stephanus.*

CAPUT XVI.

A δοὸς *Δοάζειν Suidae et Hesychio restituendum. Vim Homerici Δοάζεσθαι exhibuit Virgil. Δοιάζεσθαι nihil differt. Leviter tangitur Apollon. Duplex forma Ἐνδοιάζω et Ἐνδυάζω. Posterior vetus. Συνδυάζειν. Ex Cyrilli Lex. emendatur Graecus Psalmorum Interpres. Ἀμφιγνοεῖν et Ἀμφαγνοεῖν. Prius in libris frequentius, alterum non minus bonum Polluci videtur reddendum.*

Δοάσσατο τοῦ Δοιάσσατο διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ Δοάσσατο σημαίνει τὸ ἔδοξε· τὸ δὲ Δοιάσσατο ἀντὶ τοῦ ἐδίστασε.] Fallitur *Ammonius*, et quae diversa credidit, amice conspirant, atque ab una, nisi fallor, origine descendunt. 67
Sicuti a δὶς, διστάζειν· a δύο, δυάζειν· ita a δοιὸς, δοιάζειν· a δοὸς, δοάζειν· quae omnia *dubitandi* potestatem habent. Et quoniam haec non usque videntur exploratissima, paulo copiosius sunt deducenda. Vocabuli δοιὸς procul omni dubio vetusta forma et simplicior fuit δοὸς, quam agnovit *Etymologus* p. 289. v. 19. δοός· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ι, δοιός. Hinc δοάζειν et δοάζεσθαι. *Suidas:* Δοάξω, ἀμφιδόξω. Lege Δοάζω, ἀμφιδοξῶ. *Hesychio* non longe dissimilis menda adhaesit: Δοξάζει, ἀμφιδοξεῖ, διστάζει, δικάζει. Literarum ordo postulat: Δοάζει, *in utramque partem cogitationem versat, et animi dubius*

pendet. Formam mediam *Δοάσσασθαι* frequentavit *Homerus*, qui quoties *διάνδιχα μερμηρίζοντας*, ſive, uti admirabili etiam venuſtate loqui ſolet, *δαϊζομένους κατὰ θυμὸν διχθάδια*, in ſcenam producit, toties, ubi in alteram partem inclinaſſe videbantur, ſubiungere amat:

Ὧδε δέ οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι.

Hic verſus ſaepius in Iliade, et in Odyſſea, at leviter immutatus, recurrit. *Scholia* cum *Ammonio* et aliis *δοάσσατο* interpretantur *ἔδοξε*, et quidem recte. Sed vero, quae nobis meliora videntur, talia fere ſunt, in quibus tuto pedem nondum liceat figere, quaeque necdum clara luce mentem perfundant, ſed eandem dubiam adhuc trahant. Eximie hanc vim vocis *δοάσσατο* expreſſit *Virgilius*, illum *Homeri* verſum interpretatus in Aen. XI. v. 550. cuius loci mihi indicium fecit *Fulvius Urſinus: omnia ſecum*

Verſanti ſubito, vix haec ſententia ſedit.

68 Haec vera loci, monente *Servio*, eſt diſtinctio; qui optime animadvertit, poëtam *vix* poſuiſſe, *quia naturale eſt, ut, quotiens ſimul multa cogitamus, vix aliquod comprobemus.* Non male itaque *Etymologus Δοάσσατο* reddidit *ἐνεδοίασε*, atque idem eſſe credidit quod *δοιάσσατο.* Quae de verbi origine ſubmonuit, non minus aliena ſunt, quam quae doctus ceteroquin *Apollonii Rhod. Scholiaſta* expromit ad L. IV. v. 14. Apud *Apollon.* III. v. 769. Medea infortunia ſua *δοάσσατο, animi dubia ſecum verſabat.* *Δοιάζεσθαι* apud eundem IV. v. 575. *λεύσσειν οὔρεα δοιάζοντο.* *Schol.* *ἐστοχάζοντο, dubitabundi coniectabant.* Alibi forma diverſa *βουλὰς δοιάζειν*, III. v. 817. ubi pro *οὐδέ τι* malim poni *οὐδ᾽ ἔτι βουλὰς Ἄλλῃ δοιάζεσκεν·* id eſt *non amplius ἐνεδοίασε.* Pro *ἐνδοιάζειν* pulcre *Callimachus* hymn. in Iov. v. 5. poſuit *ἐν δοιῇ μάλα θυμός·* imitatus *Homerum,* Il. *I.* v. 230. *Etymologus: ἐν δοιῇ —— ἐν διασταγμῷ, ἐν διχοστασίᾳ.* Apud *Heſychium* reperio *Ἐνανάζει, ἀμφιβάλλει.* Quod uti manifeſte mendoſum, ita dubium remanebit, ſcripſeritne *Auctor* Gloſſarii, e quo haec nota fuit derivata, *Ἐνδοιάζει*, an vero *Ἐνδυάζει·* quae poſterior forma veteris etiam eſt notae. A *δύο, δυάζειν* et *ἐνδυάζειν.*

Hefychius: Ἐνδυάζει, ἀπορεῖ, διστάζει. et: Ἐνδυασμὸς, ἀμφιβολία, δισταγμὸς, καὶ ἀπορία. Hinc etiam Συνδυάζειν, quod Gallice diceres *combiner*. Paucula notat de hac voce *Cafaub.* ad *Sueton.* Caef. cap. XX. Aptiffime profecto pofuerunt LXX Pfalm. CXL. v. 4. οὐ μὴ συνδυάσω μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῶν. Ignotus *Interpres* in *Montfauc.* Hexapl. T. I. p. 648. μὴ συναλισθῶ ἐν ταῖς τερπνότησιν αὐτῶν. Scripferat is, mihi crede, συναυλισθῶ. Debeo hanc emendationem *Cyrilli* Lexico MS. cuius integram notam, licet ab *Etymol.* p. 104. v. 11. parum diverfam, 69
adpofuiffe non erit inutile: Ἀνενδοιάστως, ἀπὸ τοῦ ἐνδοιάζω, τοῦ σημαίνοντος τὸ ἀμφιβάλλω καὶ δοκῶ· γράφεται δὲ διὰ τῆς οι διφθόγγου πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ συνδυάζω, ὃ σημαίνει τὸ συναυλίζομαι· καὶ οὐ μὴ συνδυάσω μετὰ, τουτέστι, οὐ μὴ συναυλισθῶ. Ἀνενδοιάστως οὖν ἐστιν ἀντὶ τοῦ ἀδιστάκτως, ἀναμφιβόλως. leviores mendas fuftuli. Idem *Cyrillus* in Lex. Κατὰ συνδιασμόν. κατὰ κοινωνίαν. Lege συνδυασμόν· et id etiam *Hefychio* reftitue. Docti facile viderint, quo haec Gloffa debeat referri. Porro *Etymologus*, Δυάζειν, inquit, τὸ διστάζειν. Denique, ut id, quod fupra me facturum recepi, exfequar, in v. Ἀγνοεῖν ita fcribit *Ammonius:* Ἀμφαγνοεῖν δὲ, τὸ ἔν τισιν ἔτι (ita legendum) διστάζειν. *H. Valefii* auctoritas, ufu, qui in libris fere obtinet, firmata, non leviter me concufferat. Vix nifi ἀμφιγνοεῖν apud Grammaticos offendes, *Platonis* loco a *Thoma* citato adde *Eundem* in Sophifta p. 100. ὃ δὴ νῦν λέξαντος ἠμφιγνόησά σου, et p. 103. *quod iam tum* ἠμφιγνόουν, —— οὐδὲ νῦν πω δύναμαι θεάσασθαι σαφῶς. *Sophoclis* in Antig. v. 387. locum elegantiffimum *Scholiafta* non cepit. *Xenophon* de Cyri Exped. II. p. 288. D. *Graeci*, ὅ τι ἐποίουν, ἠμφιγνόουν. In huiuscemodi loco *Hefychius* etiam Ἠμφαγνόουν repererat. Confer *Procopii* locum inter ea, quae protulit *Valefius. Phavorinus* apud *Suidam* legiffe videtur: Ἀμφαγνοεῖ, ἀμφιβάλλει. Neque de nihilo eft, quod in MS. *Iungermanni* apud *Poll.* IX. 151. bis ἀμφιγνοεῖν legebatur; quorum alterum fortaffe in ἀμφαγνοεῖν fuerit mutandum.

CAPUT XVII.

70 *Verbi medii διδάξασθαι Atticis observata potestas. Sophocles emendatus, et varians lectio e Scholiis eruta. Differentia inter κατάκλησιν, κατακλησίαν et σύγκλητον ἐκκλησίαν.*

Ἐδίδαξε καὶ Ἐδιδάξατο διαφέρει. Ἐδίδαξε μὲν γὰρ ὁ καθηγητής· Ἐδιδάξατο δ' ὁ πατὴρ συστήσας.] Rariorem verbi medii usum ad *Aristoph.* Nubes v. 1341. ex *Amm.* et *Thom. M.* observavit *Kusterus.* In Lex. *Platon. Timaeus* Bibl. *Coisl.* p. 478. Ἐδίδαξα, ἐπαίδευσα, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ. Ἐδιδαξάμην, ἐπαιδευσάμην, δι' ἑτέρου, αὐτὸς ἐπιμεληθεὶς τούτου. Confer *Suidam* in v. et *Hesych.* in Ἐπαιδεύσατο. *Platonis* loca indicat *Kusterus* de Verb. Med. Sect. II. §. 3. Legem *Solonis*: Υἱῷ τρέφειν τὸν πατέρα μὴ διδαξάμενον τέχνην ἐπάναγκες μὴ εἶναι, inter Atticas retulit *Petitus* L. II. Tit. IV. quae in *Meursii* Them. Att. I. c. III. vitiose profertur. Confer *Heliod.* I. p. 23. *Lucian.* sub initium Somnii, et *Schol.* *Idem* in Abdic. T. I. p. 724. σοῦ διδαξαμένου με καὶ πολλὰ ἐπιμεληθέντος καὶ αναλώσαντος, ὡς μάθοιμι. Haec pro Grammaticorum fide liberanda sufficiunt, nam si hinc discesserint poëtae, id istam legem minime labefactat. Neque id ignoravit *Moschopulus*, qui, ubi discrimen tradit, ἀλλ' ὁ Σοφοκλῆς, inquit, καὶ ἀντὶ τοῦ ἐφεῦρε. Perperam vulgatur ἐφεῦγε. Locus extat in Antig. v. 365. *Mortale genus*

> Καὶ φθέγμα, καὶ ἠνεμόεν
> Φρόνημα, καὶ ἀστυνόμους
> Ὀργὰς ἐδιδάξατο.

Primum pro φρόνημα repone φώνημα auctore *Scaligero* in notis MSS. forsan prius *Stephano* debetur, nam in veteri
71 *Sophoclis* editione reperio φόνημα. Deinde *Scholia* sunt perturbata: Καὶ ἀστυνόμους ὀργάς.] τὴν περὶ τῶν μετεώρων φιλοσοφίαν. τὴν τῶν νόμων ἐμπειρίαν, δι' ὧν τὰ ἄστεα νέμονται, ὅ ἐστι διοικοῦνται. prior haec erat observatio: Ἠνεμόεν φώνημα] τὴν περὶ τῶν μετεώρων φιλοσοφίαν. reliqua vix commode ad ἀστυνόμους ὀργὰς referri possunt;

facile autem in eam cogitationem delabor, *Scholiaſten* pro ὀργὰς legiſſe ἀρχὰς, et hanc notam ſcripſiſſe: ἀστυνόμους ἀρχὰς] τὴν τῶν νόμων ἐμπειρίαν, δι' ὧν τὰ ἄστεα νέμονται, ὅ ἐστι διοικοῦνται. Adfini certe ſignificatu in eadem Tragoedia v. 759. et 813. ea voce utitur *Sophocles*, et ſatis diſerte v. 182. *difficulter abſconditos alicuius animi ſenſus prius perſpexeris, quam*

Ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς φανῇ.

Ἐκκλησία καὶ Κατάκλησις διαφέρει.] Athenienſes, obſervante *Ammonio*, Κατάκλησιν vocabant, ὁπότε καὶ τοὺς ἐκ τῶν ἀγρῶν συνεκάλουν πρὸς ἐπίσκεψιν μείζονα τῶν πραγμάτων. Uſi ſunt hoc loco *Iungerm.* ad *Poll.* VIII. 116. et *Petitus* ad LL. Att. p. 204. qui non ſatis accurate, quid κατάκλησις, κατακλησία et σύγκλητος ἐκκλησία differant, explicuit; neque novi, qui diligentius hanc materiam pertractaverit. *Harpocration* in Σύγκλητος ἐκκλησία citat *Demoſth.* ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. Locus extat p. 215. C. ἐφοβοῦντο δή, μὴ σύγκλητος ἐκκλησία γένοιτο ἐξαίφνης. Adde *Aeſchinem* ἐκ τῷ κατὰ Δημοσθένους p. 256. B. Ad priorem locum monet *Ulpianus* p. 114. A. tres habitas Athenis ſingulis menſibus ſtatas conciones, ad quas ſponte ſua populus confluebat: ὅταν δὲ, inquit, ἐξ ἀνάγκης τινὸς σύλλογος γένηται, συνεκάλουν τινὲς περιϊόντες. et haec coacta concio σύγκλητος dicebatur. Confer omnino *Th. Galei* notam ad *Herodot.* VII. c. VIII. p. 783. Hinc 72
probe ſecerni debet, quae vocabatur Κατακλησία, teſtibus *Polluce* et *Heſychio*, cuius verba emendata in Theſ. Gr. Indice exhibuit *Stephanus*. Σύγκλητος ἐκκλησία et Κατακλησία id habuerunt commune, quod utraque extra conſuetum ordinem et in rebus gravioribus convocaretur; id vero privum habuit Κατακλησία, quod non ſolum in rebus maximi momenti obtinuerit, ſed et ad eam praeter Athenarum incolas per Atticae pagos diſperſi, οἱ ἐκ τῶν ἀγρῶν, evocati cogerentur. Erat autem Κατακλησία ipſa *populi* in unum evocati *multitudo*. Per Κατάκλησιν, alio ſenſu a *Polluce* I. 29. memoratam, *actum convocandi* intelligit *Ammonius*.

CAPUT XVIII.

Discrimen inter Ἐκπολεμῶσαι *et* Ἐκπολεμῆσαι. *Ascalonita emend.* Λέξεις *Xenophonteae e Zonarae Lexico.* Ἐλέατρος *ab* ἐλεός. Ἐδέατρος *restituitur Athenaeo.* Προγεύστης. Ἐδέατρος *recentiori aevo idem qui olim* Τραπεζοποιός.

Ἐκπολεμῶσαι καὶ Ἐκπολεμῆσαι διαφέρει.] Cum *Ammonio* faciunt *Etymologus* in v. *Thomas M.*, in Ἐκπολέμωται, et *Ptolemaeus Ascalonita* §. 57. ubi pro ἐκπολεμῆσαι δὲ τῷ πολέμῳ ἐξελθεῖν, ex *Ammonio*, quem passim sequitur, scribendum τὸ πόλιν ἐξελεῖν, quod a sciolo temere mutatum. Dantur Grammatici, qui, dum utramque formam memorant, significandi discrimen agnoscunt nullum. In *Zonarae* Lex. MS. Ἐκπολεμῶσαι, ἀντὶ τοῦ εἰς πόλεμον καταστῆσαι· γράφεται δὲ καὶ Ἐκπολεμῆσαι παρὰ Ξενο-
73 φῶντι. *Xenophonteas* λέξεις e *Zonarae* Lexico excerpserat *Leunclavius*, quae in libro *Voss.* Bibl. *Leidensis* prostant; quod alibi memini me dicere. *Suidas* MS. in hac voce ab editis parumper discedit: Ἐκπολεμῶσαι, ἀντὶ τοῦ εἰς πόλεμον καταστῆσαι. γράφεται δὲ καὶ διὰ τοῦ η ἐκπολεμῆσαι· ὡς καὶ παρὰ Ξενοφῶντι. ἐκπολεμῆσαι συντάσσεται μετὰ αἰτιατικῆς. Confer, si lubet, *Harpocrat.* in v. *Valesium*, *Iosephum Wasse* ad *Thucyd.* VIII. c. LVII. et *Moschopulum* περὶ σχεδῶν p. 112. *Hesychius:* Ἐξεπολέμωσε, πολέμους (L. πολεμίους) εἰργάσατο. Verbo ἐκπολεμῶσαι bis tantum, si bene memini, usus est *Demosthenes*. Olynth. I. p. 2. A. νυνὶ γὰρ, ὃ πάντες ἐθρυλλεῖτε, ὡς Ὀλυνθίους ἐκπολεμῶσαι δεῖ Φιλίππῳ, γέγονεν αὐτόματον. et Olynth. III. p. 11. B. ἐκπολεμῶσαι δεῖν ᾠόμεθα τοὺς ἀνθρώπους ἐκ παντὸς τρόπου. priorem locum exponens *Ulpianus*, τοὺς Ὀλυνθίους, inquit, ἐσπουδάζομεν ἐχθροὺς καταστῆσαι τῷ Φιλίππῳ. In Philippicis haec loca legit *Harpocration*. Considerari velim, an satis provide in *Polluce* I. 154. ἐξεπολεμήθησαν vulgaverit *Lederlinus*.

Ἐλέατρος καὶ Ἐδέατρος διαφέρει.] Dum *Ammonius* vocem Ἐλέατρος, quae *coquum* dicit, παρὰ τοὺς ἐλεοὺς

derivat, manifesto prodit, eorum se non probasse sententiam, qui apud *Hom.* Il. *I.* v. 215. ἐλεοῖσι, quod e *Schol.* inter varias lectiones retulit *Barnesius*, legi voluerint. *Schol. Hornei.* ἐλεοῖσι, ἐπιμήκεσι τραπεζίοις, —— δασύνεται. Scriptus liber *Homeri Batavus* praefert: εἰν ἐλέοισιν ἔχευε· et *Scholion* ἐν ταῖς τραπέζαις ἔθηκεν. Qui doctius quid velit super ea re, is adeat *Iungerm.* et *Hemsterh.* ad *Poll.* X. 101. Hanc vocem propterea ab Ἐδέατρος discernit *Ammonius*, quia ob literarum adfinem scripturam librariorum inscitiae erat exposita: nam a veteribus promiscue has voces 74
fuisse usurpatas, haud facile crediderim. Ἐδέατρος, inquit *Ammonius*, ὁ προγεύστης παρὰ τὰ ἐδέσματα. Non dubito, quin id aliquoties restitui debeat *Athenaeo* L. IV. p. 165. B. ubi *Artemidorus*, ἐκάλουν δὲ, φησὶ, καὶ τοὺς προγεύστας ἐλεάτρους, ὅτι προήσθιον τῶν βασιλέων πρὸς ἀσφάλειαν. Lepidam enimvero rationem, ὅτι προήσθιον, nisi ad ἔδω respiciens Ἐδεάτρους scripserit *Artemidorus*. Quod paulo ante legitur, παρὰ τὸν ἐλεὸν, id semel depravata lectio peperit: quae virum eruditum eo potuit inpellere, ut sanam lectionem in *Hesychio* sollicitaret. *Suidae* locum dedit *Brissonius* de Regno Pers. L. I. p. 66. Plura erudite ad hanc rem notavit *Ioh. Meursius* Animadv. Miscell. I. c. III. nonnulla etiam *Kusterus* ad *Suidam*, qui differentiae, quam tradit *Noster*, rationem minus habuit exploratam. Auctoritate MS. προγεύστης in *Ammonio* reposui, quamquam altera lectio leviter adblandiebatur. Observat *Suidas*, recentiori aevo Ἐδέατρον etiam dictum τὸν ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας καὶ παρασκευῆς. Plura adderem, nisi pleraque ab aliis essent praecepta. Hoc usu Ἐδέατρος ab eo nihil quidquam distabat, qui Τραπεζοποιὸς vocabatur, teste *Athen.* IV. p. 170. E *Photii* Lex. profertur expositio vocis τραπεζοποιὸς, in qua *Menander* citatur. Non Comicum, sed Rhetorem intelligo. *Etymol.* p. 763. v. 47. in τραπεζοποιός· —— οὕτω Μένανδρος. ῥητορική. MS. *Voss.* Μένανδρος ῥήτωρ. Fortasse legendum *Μέν. ὁ ῥήτωρ·* ῥητορική.

CAPUT XIX.

75 *Cothurni Tragici ſecundum Schol. Dionyſ. Thracis origo. Sophocles emend. Αὐγῆς ὄμμα grandis locutio. Sanatur e Scholiis Soph. Eiusdem fragmentum a Scaligero reſtitutum. θεῖναι ἐν φρενὸς δέλτοισι. Quid proprie Atticis denotet* Ἐνθύμιον.

Ἐμβάδες καὶ Ἐμβάται διαφέρει.] Longa inſtitui poſſet ſuper hâc re diſputatio, cuius curam doctioribus integram malo relinquere. Unius *Diomedis* e Commentario in *Dionyſ. Thrac.* MS. de Tragoediae origine differentis verba deſcribam: *Δεῖ οὖν —— ὡς οἷόν τε, βίον ἀναμάρτητον καὶ φιλοσοφώτατον μεταδιώκειν. ἐπ' ὠφελείᾳ δὲ ἡ καὶ συστολῇ ἡ τραγικῶν ποίησις εἰσήγετο τοῖς πολίταις· ἐπιδεικνύμενοι δὲ τῶν ἡρώων ὡσανεὶ τὰ αὐτῶν πρόσωπα, πρῶτο* (L. *πρῶτον*) *μὲν ἐπελέγοντο ἄνδρας τοὺς μείζονας καὶ εὐρυβόας· δεύτερον δὲ βουλόμενοι καὶ τὰ σώματα δεικνύειν ἡρωϊκὰ, ἐμβάδας ἐφόρουν καὶ ἱμάτια ποδήρη.* Credibile, *ἐμβάτας* ſcripſiſſe *Diomeden.*

Ἔνδον καὶ Ἔσω διαφέρει.] Num *Sophocles* harum vocularum differentiam obſervaverit, necne, noſtra parum refert; ſed locus, quem e Trachiniis ad eam rem producit *Ammonius*, digniſſimus eſt, qui diligentius conſideretur:

Γυναῖκες αἴτε ἔσω στέγης, αἴτε ἐκτός.

Legitur in editis v. 204.

—— —— —— αἴτ' εἴσω στέγης,
Αἴτ' ἐκτὸς αὐλῆς, —— ——

Parum abeſt, quin credam, vocem *αὐλῆς* in *Ammonii* codice non lectam; et profecto cogitari poſſet, olim editum fuiſſe:

Αἴτ' ἐκτός· αὐγῆς ὡς ἄελπτον ὄμμ' ἐμοὶ
Φήμης ἀνασχὸν τῆσδε.

76 *Quam inſperata lux mihi ex hoc nuntio oboritur.* Facile patior, vulgatam aliis placere, modo ne quis hanc lectionem abſurdam, aut *Sophocle* non ſatis dignam exiſtimet.

Αὐγῆς ὄμμα in ſtilo ſublimi egregie uſurpari potuit. Nihil aptius ad hanc rem *Euripidae* verſu, quem Ill. *Grotius* attulit in Comment. ad *Matth.* Evang. XXVII. v. 45.

—— —— —— *ἱερὸν ὄμμ' αὐγᾶς ἥλιος.*

Ipſam noctem *νυκτὸς ὄμμα* vocat *Aeſchylus* in Perſis v. 428. ubi confer notam *Stanleii.* Tragicam verborum grandiloquentiam ridet *Ariſtophanes* Nub. v. 284.

Ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀ-
κάματον σελαγεῖται
Μαρμαρέαισιν ἐν αὐγαῖς.

Alibi etiam vocabulum *αὐγὴ* *Sophocli* debet reſtitui, et pro *βρονταῖς αὐταῖς* in Philoct. v. 1195. *βροντᾶς αὐγαῖς* in textum e Scholiis recipi.

Ἐνθύμημα —— *τὸ δ' Ἐνθύμιον ἐτίθετο ἐπὶ τοῦ προστροπαίου παρ' Ἀττικοῖς.*] Atticum hunc uſum expoſuit Cl. *Dukerus* ad *Thucyd.* VII. c. XVIII. *Ἐνθύμιον ποιεῖσθαι* vi vocis primum ſignificavit *animo reponere, ἐν φρεσὶ βάλλειν*, ſive *ἐν φρενὸς δέλτοισι θεῖναι*, uti loquitur *Sophocles* in Triptolemo apud *Schol. Pind.* ad Olymp. Od. X. v. 1. *Scaligero* pro *Σέδ' ἐν φρενὸς δ.* eximie in notis MSS. emendante:

Θὲς δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους.

Sed uſus inprimis Athenis voluit, ut *ἐνθύμιον* de tali cogitatione uſurparetur, quam inexpectatus caſus, ſed a ſuperiori virtute oblatus, ſuggereret, quaeque religionem et ominoſum quid animo moveret. *Achilles Tat.* II. p. 77.
κατὰ τύχην μέλιττά τις ἢ σφὴξ περιβομβήσασα κύκλῳ μου 77
τὸ πρόσωπον παρέπτη· κἀγὼ λαμβάνω τὸ ἐνθύμιον. Heliod. VIII. p. 390. *οἷον γάρ μοι νῦν ὄναρ (εἴτε καὶ ὕπαρ ἦν) ἐνθύμιον γέγονεν.* et alibi. Pari ratione accipiendus *Euripides* Ione v. 1347.

Ἐνθύμιόν μοι τόδε τίθησι Λοξίας.

Adde eundem in Herc. Fur. v. 722.

CAPUT XX.

Lucae locus in Amm. libello expoſitus. Ex Alciphrone aliquot maculae eluuntur. Ὀψὲ τῆς ἡμέρας, et ſimiles loquendi formulae. Duplex verbi Ἐπικηρύξαι poteſtas. Suidas e MS. emaculatur. Differunt ἐπικήρυξις et ἐπικηρυκεία.

Ἐπιτίμιον καὶ Ἐπίτιμον διαφέρει.] Haec nota *Ammonio* tribuenda; quae paulo poſt ſequitur, recentiori aevo ab alio temere in hunc libellum videtur introducta: non ſolum iſta obſervatio de ἐπίτιμος et ἐπιτίμιος apud *Moſchopulum* iisdem verbis proſtat, ſed et locus, qui citatur: ἐπιτίμησον αὐτῷ, ἀντὶ τοῦ ἐπίπληξον, e Novo Foedere; a Chriſtiano Grammatico petitus, alium auctorem demonſtrat. Editur quidem apud *Ammonium* ἐπιτίμησον αὐτὸν, ſed e *Lucae* Evang. VII. v. 3. facile patet, αὐτῷ ſcribendum. Grammatici verba, loco licet alieniori, ad *Lucae* XIX. v. 39. a *Priceaeo* adſcripta et emendata deprehendo. Ἐπιτιμᾷν τινι hoc uſu Graecis ſcriptoribus ſolemne, quod exemplis nolo adſerere. Emendabo potius bina *Alciphronis* loca, quae mihi quidem medelae videntur inprimis indiga. Prior
78 locus legitur L. III. epiſt. 32. συνεχῶς δὲ περιφερομένης τῆς κύλικος, ἣν τοῖς ἀρνουμένοις τοὐπίτιμον. ἔδει γὰρ αὐτοὺς εἰς τὴν ὑστεραίαν ἑστιᾷν. οἶδα δ' ἐγὼ τρίτην ταύτην ἔχων ἡμέραν καρηβαρῶν καὶ τὴν κραιπάλην ἀπερυγγάνων. Niſi doctiores hanc loquendi rationem ferant, caſtiſſimi ſcriptoris verba ita conſtituam: ἣν τοῖς ἀρνουμένοις τοὐπιτίμιον, δεῖν αὐτοὺς καὶ εἰς τὴν ὑστεραίαν ἑστιᾷν. εὔδον ἐγὼ κ. τ. λ. In Epiſtolae Indice pro Κοτίωνι e MS. patrui mei poni debet Σκοτίωνι et mox Σκοτίων. Quando *Alciphronis* feci mentionem, alterum eiusdem locum hic adiiciam, qui ad *Ammonium* in v. Ἑσπέρα potuiſſet referri, ubi ſcribit Grammaticus: ὀψὲ δὲ βραδέως, καὶ μεθ' ὁντινοῦν χρόνον. διὰ τοῦτο καὶ προστιθέασιν, ὀψὲ τῆς ἡμέρας. Quod poſtremum legitur in *Alciphr.* I. epiſt. XXI. minus recte, uti auguror: σιτεῖται μὲν ὀψὲ τῆς ἡμέρας ἅπαξ, καὶ τοῦτο τῆς ὥρας ἡλίου λοιπὸν ἀμφὶ δύσιν ἔχοντος. Ita etiam MS.

in cuius margine ex Cod. *Urbinate* ea comparet scriptura, quam in *Bergleri* nota reperies. Scripserat, credo, *Alciphron: σιτεῖται μὲν τῆς ἡμέρας ἅπαξ, καὶ τοῦτο ὀψὲ τῆς ὥρας*. Locus ad hanc rem a *Berglero* productus. Notissimae sunt Graecorum loquendi formulae, *ὀψὲ καὶ βραδὺ τῆς ἡλικίας*, *ὀψὲ τοῦ χρόνου*. *Max. Tyr.* Serm. XXXIII. p. 190. *Ὀψὲ τοῦ καιροῦ Alciphron* III. Epist. 71. ubi miror vulgatam Graecae linguae scientissimo Editori non displicuisse.

Ἐπικηρύξαι καὶ Ἐπικηρυκεύσασθαι διαφέρει.] De verbo *Ἐπικηρύξαι* non pauca ab eruditis hominibus fuere in medium prolata, quibus nonnulla hic adiicere animus est. Duplici potestate usurpari solet, quarum prior vulgatior, minus frequens altera. *Ἐπικηρύξαι τινὶ χρήματα*, *certa pecunia per publicam praeconis vocem alicuius caput licitari*; aliquoties apud *Demosthenem* ab aliis hanc in rem 79
citatum, et apud *Harpocrat. καθάπερ Ξέρξῃ ἐπεκήρυξαν οἱ Ἕλληνες*. Eo, quo dixi, sensu cepit *Kühnius* ad *Poll.* IV. 93. Sed et *dicitur aliquis ἐπικηρύττειν τινὶ ἀργύριον*, *praemium publice per praeconem alicui constituere*, *qui promulgatum hominem occiderit*, verba sunt Clariss. *Hemsterhuisii* ad *Poll.* VIII. 138. n. 66. Ea ratione acceperunt *Ammonius*, *Etymologus* et *Moschopulus*, apud quem legendum: *Ἐπικηρύξαι ἐστὶ τὸ δι' ὑποσχέσεως χρήματα δώσειν κ. τ. λ.* Omissum in edd. *δι'*. *Suidae* locum, a *Kustero* non rite intellectum, e MS. *Leid.* adscribam: *Ἐπεκήρυξαν. διασήμως καὶ διαπρυσίως ἐλάλησαν. καὶ ἐπεκήρυξάν τε τάλαντον δώσειν τῷ μηνύσαντι.* Quam lectionem qui ad vulgatam contendet, eius bonitatem facile agnoscet. Hanc pecuniam in aris poni solitam docet *Harpocrat.* *Ὅτι τὰ ἐπικηρυττόμενά τισι χρήματα ἐπὶ τῶν βωμῶν ἐτίθετο, εἴρηκεν Ἰσαῖος.* ubi levem errorem commisit *Valesius*. Alter *Suidae* locus huc etiam pertinet: *Ἐπανεῖπον, ἐκήρυξαν. Θουκυδίδης ἡ.* mallem dixisset *ἐπεκήρυξαν*. pro *ἡ* ponendum *ς'*. nam, quae profert, leguntur apud *Thucyd.* VI. c. LX. ubi omnino conferenda cum *Schol.* Cl. *Dukeri* nota. Ad *ἐπικήρυξιν* egregia est *Ulpiani* observatio, quam *Valesius* praeteriit, ad locum *Demosth.*

citatum, ubi inter alia ſcribit: ἄλλο δέ ἐστιν ἐπικηρυκεία καὶ ἄλλο ἐπικήρυξις. ἐπικηρυκεία μὲν ἡ φιλία· ἐπικήρυξις δὲ, ὅταν πόλις, ὡς ἔφημεν, ἐχθρὸν ἔχουσά τινα, ἐπιβουλεύοντα αὐτῇ, καὶ βούλοιτο αὐτὸν ἀνελεῖν, χρήματα κηρύττει δοῦναι τῷ ἀνελόντι αὐτόν. πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ ἰδιωτῶν τοῦτο ἐγίνετο. Eodem conſilio ab ἐπικηρύξαι verbum ἐπικηρυκεύσασθαι diſtinxit *Ammonius*. Differentiam per-
80 ſpectam habuit *Heliodorus*. L. I. p. 60. *Petoſiris, cum fuga ſibi conſuluiſſet Thyamis*, χρήματα πάμπολλα καὶ βοσκήματα τοῖς ζῶντα προσκομίσασιν, εἰς τὰς κώμας τὰς λῃστρικὰς διαπέμπων, ἐπεκήρυξεν. Contra IX. p. 414. *Syenenſes* τὸν Ὀροονδάτην ἐπικηρυκεύεσθαι πρὸς Ὑδάσπην ἱκέτευον· *caduceatores mitteret, qui pacem rogarent. Herodotum* IV. c. LXXX. non bene vertit *Valla*. Confer *Demoſth.* in Leptinea p. 368. B. πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπικηρυκεύεσθαι. Idem de Pace p. 23. C. loco ab *Harpocr.* citato: διὰ τὴν πρὸς Λακεδαιμονίους ἐπικηρυκείαν. Neque tantum de caduceatoribus publica auctoritate miſſis, ſed et de privatorum hominum nunciis ἐπικηρυκεύεσθαι adhibetur a *Thucyd.* VII. c. XLVIII. et *Demoſth.* contra Zenothem. p. 577. C. Perdifficilem *Euripidae* locum aliis exponendum relinquo.

FINIS LIBRI PRIMI.

LUDOVICI CASPARI VALCKENAER 81

LIBER SECUNDUS

ANIMADVERSIONUM

AD

AMMONIUM

GRAMMATICUM.

CAPUT PRIMUM.

Verbi Ἐπιχαίρειν *poteſtas eadem quae* τοῦ ἐπιγελᾶν, *et ſimilium.* Ἐπιχαιρέκακος. *Inſignis Anaxandridae Comici locus emendatur.* Χαιρέκακος, *Heſiodo* κακόχαρτος. *Procli Scholia ſupplentur. Differentiam inter* Ἑτερόφθαλμος *et* Μονόφθαλμος *non ſpernunt veteres. Tentatur Pollux. Phrynichi ſcriptura vindicatur.* Μονόμματος. *Cocles reponitur in Gloſſ. inedito et in verſu Lucilii. Cyclops, cocles. E Lucilii fragmento ope MS. macula eluitur. Aelianus illuſtratur.*

Ἐπιχαίρειν καὶ Συγχαίρειν διαφέρει. Ἐπιχαίρειν μὲν 'άρ ἐστι τὸ συνεπιγελᾶν τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς· Συγχαίρειν 'ὲ τὸ συνήδεσθαι τινὸς ἀγαθοῖς.] Hanc *Ammonii* noſtri bſervationem inter illas reponendam eſſe cenſeo, quarum onitatem, conſtanti veterum ſcriptorum uſu firmatam, 82
emo ſobrius harum rerum aeſtimator facile negaverit. Ἐπιχαίρειν *inſultandi* et alterius mala *inridendi* poteſtate

usurpari solet. *Sophoclis*, qui obmoveri posset, locum non repellam, neque etiam, quae ad hanc rem proferri possent, testimonia operose exponam; quum plerisque omnibus, quibus tenui hac opella placere laboramus, sit exploratissimum, praepositionem ἐπὶ verbo χαίρειν eandem virtutem conciliare, quam in similibus praestat, qualia sunt ἐπιγαυριᾷν, ἐπιγάννυσθαι, ἐφήδεσθαι, ἐπιτέρπεσθαι, ἐπιγελᾷν. Sicuti ἐπιχαίρειν, pari ratione dici solet ἐπιγελᾷν τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς· quod *Ammonio* videtur restituendum, a cuius scriptura leviter recessit errantis librarii manus, ponendo συνεπιγελᾷν. Quod *Menander* scripsit:

Ταῖς ἀτυχίαις μὴ ποτ᾽ ἐπίχαιρε τῶν πέλας·

id sapienter olim praeceperat Lacedaemonius *Chilo: Τῷ δυστυχοῦντι μὴ ἐπιγέλα*, teste, cui *Menandri* etiam versiculum debemus, *Stobaeo* p. 45. v. 42. Apud eundem *Teles* Tit. XCI. p. 510, *mortuo*, inquit, *diviti haeredes ἐπιχαίρουσι*. In re non dissimili *Homerus* Od. *T*. v. 331.

—— *Τεθνεῶτι γ᾽ ἐφεψιόωνται ἅπαντες.*

Qui ignobilem animum sordido hoc vitio gerebat inquinatum, is, admirabili et aliis in linguis incomperta brevitate, Lacedaemoniis, observante *Hesychio*, dicebatur Ἐπιγελαστὰρ, Graecis vulgo Ἐπιχαιρέκακος. Id nominis erat Comoediae, in qua malevolorum hominum mores
83 expinxerat *Timocles*. Elegans inprimis est *Anaxandridae* locus apud *Athenaeum* XV. p. 688. B. quem *Grotius* Excerptis ex Trag. et Com. p. 645. inseruit:

—— —— —— *ὦ πονηρὰ καρδία,*
Ἐπιχαιρέκακον ὡς εἶ μόνον τοῦ σώματος,
Ὀργῇ γὰρ εὐθὺς, ἣν ἴδῃς δεδοικότα.

Una litera depravata omnes istius loci veneres simul abstulit, et Illustri Interpreti tenebras obiecit; medii versus interpretatio:

Quam tu malignum es solum in toto corpore,

neque Graecis respondet, neque expedita est: verum severioribus rebus tum erat inpeditus *Grotius*, et in notis ad hunc locum nihil tale meritum *Casaubonum* reprehendit.

Minima mutatione pro εἰ μόνον ſcribe, quaeſo, ἔμμονον, id eſt ἀδιαλείπτως ἐπιμένον· et ſententia evadet *Anaxandride* digniſſima:

Ἐπιχαιρέκακον ὡς ἔμμονον τοῦ σώματος,
Ὀρχῇ γὰρ εὐθὺς, ἣν ἴδῃς δεδοικότα.

aliorum infortuniis inſultandi libido tibi, innata veluti et per totum corpus diffuſa, indeſinenter adhaereſcit; nam, ſi quem modo videris timore contactum, prae gaudio ſubſultas illico. His omnibus ad Graeci dicti vim exprimendam fuit opus. Τὸ ἐπιχαιρέκακον vulgo vocant ἐπιχαιρεκακίαν. *Andronicus Rhodius* περὶ παθῶν p. 744. Χαιρεκακία δὲ, inquit, ἡδονὴ ἐπὶ τοῖς τῶν πέλας ἀτυχήμασι. ubi ſi ponendum cenſeas Ἐπιχαιρεκακία, habebis, quo ſuſpicionem adiuvare queas, *Stobaeum* Eclog. Phyſ. L. II. p. 193. qui peſſimam animi adfectionem ἐπιχαιρε- 84
κακίαν inter φθόνον et ὕβριν mediam collocavit: vocabulum etiam χαιρέκακος *Iungermanno* diſplicuit ad *Poll.* V. 128. Vereor, ne id ſatis tueatur *Heſiodeum* κακόχαρτος, quod *Schol.* ad Ἔργ. v. 196. exponit χαιρέκακος, ἐπὶ κακοῖς χαίρων. Corrige *Proclum*, ubi ad v. 28. ἔρις κακόχαρτος, ἀμφίβολον, inquit, τὸ κακόχαρτον· ἤτοι γὰρ ἡ κακοῖς ἢ ἐφ᾽ ᾗ οἱ κακοὶ ἐπιχαίρουσι. legendo ἡ κακοῖς χαίρουσα inperfectam orationem facile ſupplebis.

Ἑτερόφθαλμος καὶ Μονόφθαλμος διαφέρουσιν. Ἑτερόφθαλμος μὲν γὰρ ὁ κατὰ περίπτωσιν πηρωθεὶς τὸν ἕτερον τῶν ὀφθαλμῶν, Μονόφθαλμος δὲ, ὁ μόνον ὀφθαλμὸν ἔχων, ὡς ὁ Κύκλωψ.] Neque hanc legem vetuſtiſſimi ſcriptores migrant, qui Polyphemum nuſpiam ἑτερόφθαλμον vocaſſe deprehenduntur. *Altero oculorum caſu quodam privatum,* qui inter Locros, antiquarum legum tenaciſſimos, novam ferre ſuſtinuerat, ἑτερόφθαλμον vocat in Timocrat. p. 480. B. *Demoſthenes,* quem locum reſpicit *Harpocr.* Ἑτερόφθαλμος fuiſſe dicitur etiam Lycurgus Spartanus, πηρωθεὶς ὑπό τινος τῶν πολιτῶν ὀφθαλμῶν τὸν ἕτερον· uti ſcribit *Rufus* apud *Stobaeum* Tit. XIX. p. 169. et recte obſervat *Cyrillus* in Lexico inedito, eo uſu adhiberi vocem ἑτερόφθαλμος, quo ἑτερόκωφος, ὁ τὴν

θατέραν τῶν ἀκοῶν βεβλαμμένος. Contra *Cyclopas* et eiuscemodi hominum portenta *μονοφθάλμους* dixerunt, *unoculos natura*, *φυσικῶς*· uti recte addit in hac differentia tradenda *Thomas M. Pollux* II. 62. *Τὸ δὲ μονόφθαλμος παρὰ Ἡροδότῳ, ἐπὶ τῶν ἐκ φύσεως ἕνα ἐχόντων ὀφθαλμὸν οἷον Κυκλώπων καὶ Ἀριμασπῶν.* Binis vocabulis transpo-
85 ſitis lege potius: *καὶ Ἀριμασπῶν παρὰ Ἡροδότῳ. Iſſedonum vicinos Arimaſpos ἄνδρας* fuiſſe *μουνοφθάλμους* tradit *Ariſteas* apud *Herodot.* IV. c. XIII. *Cyclopas μονοφθάλμους καὶ ὠμοφάγους καὶ ἀγρίους τινὰς ἀνθρώπους* Alcinoo narrabat Ulyſſes, teſte *Luciano* Ver. Hiſtor. I. p. 641. *Heſychii* nota, *Φορκὶς, μονόφθαλμος*, non videtur cum *Palmerio* mutanda. Ab hoc veterum uſu temere diſcedentes recentioris aevi ſcriptores reprehendit *Phrynichus* p. 22. *Μονόφθαλμον οὐ ῥητέον, Ἑτερόφθαλμον δέ· Κρατῖνος γὰρ μονόμματον εἶπε τὸν Κύκλωπα.* Huius, quam e ſcripto cod. vulgavit, lectionis bonitatem minus agnovit *Nunneſius*, et in notis p. 26. pro *μονόμματον*, *μονόφθαλμον Cratino* adſcribere non dubitavit: tametſi autem in veteribus *Phrynichi* editionibus, quas in rem ſuam advocare potuiſſet *Nunneſius*, perſpicue reperitur: *Κρατῖνος δὲ μονόφθαλμον εἴρηκε τὸν K.* idque in Lexicon ſuum recepit *Phavorinus Camers; μονόμματον* minime ſpernendum cenſeo, non ſolum quod ab *Heſychio* exponatur, ſed praecipue quod in *Cratino* magis conveniat, ab *Alcaeo* pari uſu poſitum in Antholog. I. c. LIX. p. 122. Ut lectoris faſtidio occurram, integrum *Alcaei* epigramma ſubiiciam, cuius ſenſum mihi non usque perſpectum haud diffitebor:

Οἶνος καὶ Κένταυρον, Ἐπίκρατες, οὐχὶ σὲ μοῦνον
Ὤλεσεν, ἠδ᾽ ἐρατὴν Καλλίου ἡλικίην.
Ὄντως ὠμοχάρων ὁ μονόμματος, ᾧ σὺ τάχιστα
Τὴν αὐτὴν πέμψαις ἐξ ἀΐδεω πρόποσιν.

Euripides in Cyclope v. 77.

Θητεύω Κύκλωπι
Τῷ μονοδέρκτᾳ.

Addictus Cyclopi 86
Servio luſco.

vertit *Flor. Chriſtianus.* In Gloſſario *Batavae* Biblioth. reperio: *Cloes*, *luſtus*, *ſtrabo.* cum ſcribi debuiſſet: *Cocles*, *luſcus.* Quamvis vocabulum *Cocles* notiſſimum ſit, eo hunc locum produxi, quod Polyphemus etiam *Cocles* dicatur a *Lucilio*, uti ego quidem in eius loco, quem e Satyrar. lib. XV. adſervavit *Nonius* p. 533., reſtituendum cenſeo:

Multa homines portenta in Homeri verſibu' ficta
Monſtra putant, quorum in primis Polyphemu' ducentos
Cocles longu' pedes, —— —— ——

A *Franc. Douſae* editione parumper diſceſſi, et quod pro vulgata: *in Homero verſificata*, libri orae adſcripſerat Nobiliſſimus *Douſa: in Homeri verſibu' fata*, in textum recepi, voce *fata* in *ficta* ad fidem vetuſtiſſimi codicis *Lugd. Bat.* mutata, in quo legebatur *in Homeri verſificta.* Idem codex praeferebat etiam: *Cyclops longus pedes;* malui *Cocles* propter gloſſema, quod *Nonii* editionibus, *Merceriana* antiquioribus, inhaeſerat: *Cyclopes*, *coclites.* cuius vix ratio reddi poſſe videbatur, niſi eam, quam dixi, ſcripturam ponas. Pulcerrima eſt hanc in rem *Ioſ. Scaligeri* obſervatio, Latinorum *Cocles* a *Κύκλωψ* derivantis, Coniect. in *Varr.* de L. L. p. 143. Iſtaec obſervatio egregiam lucem addit *Aeliano* Var. Hiſt. XII. c. XLIII. *Ἀντίγονος ὁ Φιλίππου, ὁ καὶ ἑτερόφθαλμος, καὶ ἐκ τούτου Κύκλωψ προσαγορευθείς, unoculus, et propterea Cocles cognominatus.* ubi *Phrynichi* etiam meminit *Perizonius.*

CAPUT II. 87

Propria vocis Εὐφυής virtus et figurata. Euripidae verſus, et epigr. in Anthol. obiter corriguntur. Εὐφυής Athenis denotabat τὸν σκωπτικὸν, non σκώπτην. Ingens harum formarum diſcrimen. Heſych. emend. Non perſpicue tradi in Ammonio, quid diſtent εὐφυής et εὐμαθής. Tentatur Pindari locus. Quo uſu Attici ſcriptores

poſuerint τὸ εὐθύ. Menandri fragmentum exponitur et leviter refingitur. Εὐθὺ, ex adverſo.

Εὐφυὴς καὶ Εὐμαθὴς διαφέρει. Εὐφυὴς μὲν γὰρ λέγεται παρὰ Ἀττικοῖς ὁ σκωπτικός· Εὐμαθὴς δὲ, ὁ εἰς τὸ μαθεῖν ταχύς.] Quaecunque *laeto germine ſata feliciter ſurgunt*, Graecis dicuntur *εὐφυῆ*. Apud *Polluc.* I. 236. *κλάδοι εὐφυεῖς*. *Laeta paſcua*, *Oppiano εὐφυέες νομαὶ*, *Halieut.* I. v. 603. *Schol.* *εὐθαλεῖς, αἱ εὖ ἔχουσαι φύσεως καὶ θέσεως*. vulgatur *θήσεως*. cui iunge *Schol. Soph.* ad Aiac. v. 771. Adfine eſt *λόφος εὐφυὴς ἐς στρατοπεδείαν*· quod *Appiano* reſtituit Doctor meus Celeberr. *Weſſelingius* I. Obſerv. xv. Hinc elegans facta ad humani corporis venuſtatem, et naturalem quandam mentis virtutem translatio. *Scleriae ῥῆσις* —— *φυὰν καλὸν γενέσθαι*, quam *Grotius* in *Stobaei* Floril. p. 425. interpretatur: *pollere ingenii ſecunda dote*; potius videatur reddenda: *decora pulcritudine gaudere*; quo ſenſu ibid. p. 193. *Tyrtaeus*
88 ſcripſit: *Τιθωνοῖο φυὴν χαριέστερος*· pro *indolis praeſtantia* uſurpavit *Euripides* Euryſtheo:

—— —— *ὃς γὰρ ἂν χρηστὸς φυῇ,*
Οὐ τοὔνομ᾽ αὐτοῦ τὴν φύσιν διαφθερεῖ.

Non ſatis emendate *διαφθέρῃ* vulgavit *Grotius* p. 333. quem ſequitur *Barneſ.* peior eſt apud *Stobaeum* ſcriptura. *Felici ingenio nati* et ad quaevis *parato* habebantur *εὐφυεῖς*. Gloſſae: *Εὐφυὴς, ingenioſus*. et: *Dubingenioſus, εὐφυής*. ubi perperam etiam legitur *ἀφυής*. Eo uſu non diſtabat ab *εὔστοχος*, quo nomine eximie laudatur Plato Anthol. II. c. LII. ep. 8. vulgatam *εὔστολος* ineptiſſimam eſſe, abſque ulla etiam *εὐστοχίᾳ* animadverti poteſt. Virtutem feliciter metaphoris utendi, neque docili aut attento, ſed *natura ingenioſo* tribuit *Ariſtoteles* de Poët. c. XXII. *τὸ μεταφορικὸν εἶναι, — οὔτε παρ᾽ ἄλλου ἐστὶ λαβεῖν, εὐφυΐας τε σημεῖόν ἐστι.* Quando *Ariſtotelis* feci mentionem, a Philoſophis non recedam. *Plato* in Protag. p. 289. *εὐφυέστατος γενόμενος εἰς αὔλησιν.* *M. Antoninus* I. §. 16. *Diis*, inquit, *acceptum fero*, *τὰ παιδία μοι ἀφυῆ μὴ*

:νέσθαι, μηδὲ κατὰ τὸ σωμάτιον διάστροφα. Athenis ıtem hi fere censebantur εὐφυεῖς, qui a *iocis urbanis* atque *cetiis* essent *paratissimi*. Εὐφυὴς, inquit *Ammonius*, παρὰ *ἰττικοῖς* ὁ σκωπτικός. Ultimum σκωπτικὸς, non temere ositum, tantum distat a σκώπτης, quantum ab *eleganti* ingenuo homine dignissimo iocandi genus *petulans* et ıgitiosum. *Hesychius:* Εὐφυὴς ὁ ἐξ ἑτοίμου λέγων καὶ :ώπτων μετρίως. ubi ὁ σκώπτων μετρίως idem est, qui :ωπτικός. Depravata *Hesychii* lectio σκώπτων μέτριος agnis viris fraudi fuit, et *Henricum* etiam *Stephanum* regie decepit, cui haec glossa pluribus de *Hesychii* 89
exico differendi occasionem subministravit in Thes. Gr. IV. p. 270 et 271. *Alexis* Lino apud *Athen.* IV. p. 4. D.

Μάλ' εὐφυὴς ἄνθρωπος ἐπὶ τραγῳδίαν
Ὥρμηκε νῦν ———

ristippus Socraticus eidem Comico in Galatea audit σοφιὴς εὐφυὴς, teste *Athen.* XII. p. 544. F. Alia dabunt *saubon.* Anim. in *Athen.* VI. c. XVII. et egregie *Amnium* illustratura *G. I. Vossius* Instit. Orat. III. sub finem p. V. Nondum ab hoc loco discedam, in quo id me male bet, quod unica tantum haec vocis εὐφυὴς potestas tantur; et vanus sim coniector, si non plura aliquando fideres libri suppeditent. Quanto clarius vocum εὐφυὴς et ιαθὴς differentiam patefecit *Speusippus* in Ὅροις. Graer, sed perspicue eandem declarat *Pindarus* Olymp. Od. v. 154. et seqq. qui, dum artem infra naturam longe primit, Od. IX. v. 152.

Τὸ δὲ φυᾷ κράτιστον ἅπαν·

n negat, utrumque pulcre convenire, et faciles felicis genii dotes usu et disciplina excitari magis et corroborari. d. Od. VII. v. 97.

——— *δαέντι δὲ καὶ σοφία*
Μείζων ἄδολος τελέθει.

ιi locus, ut est sane minime expeditus, mirum in mom a veteribus fuit vexatus. Verosimile videtur, *Pin-*

darum fcripfiffe *ἀδόλου*. Unus e commentatoribus rem acu videtur tetigiffe: *τῷ δαέντι, ἤγουν καὶ τῷ μαθόντι*
90 *εὐφυεῖ, τελέθει καὶ ὑπάρχει καὶ ἡ σοφία μείζων τῆς ἐξ εὐφυΐας μόνης ἄκρατος καὶ ἄδολος*. Corrige, fodes, *ἀκράτου καὶ ἀδόλου*. Vin' *Pindarici* dicti interpretem? ecce *Demofthenem* in Erotic. p. 162. C. *ἅπασα φύσις βελτίων γίγνεται παιδείαν προσλαβοῦσα τὴν προσήκουσαν· πολὺ δὲ μάλισθ' ὅσαις ἐξ ἀρχῆς εὐφυέστερον τῶν ἄλλων ἔχειν ὑπῆρξε*. Sin *Pindarum* contrectando doctis hominibus difplicuero, poenitet me coniecturae.

Εὐθὺς, Εὐθὺ, καὶ Εὐθέως, διαφέρουσιν. Εὐθὺς μὲν γὰρ ὁ κανών· Εὐθὺ δὲ τοῦ γυμνασίου, ἀντὶ τοῦ κατ' εὐθεῖαν τοῦ γυμνασίου.] Hac ratione locum in editis egregie mendofum emendandum cenfeo: auctor emendationis *Ammonius*, in ultima nota veteres aliquando *τὸ Εὐθὺ* pofuiffe fcribit *ἐφ' ὁδοῦ τῆς τεινούσης ἐπί τινος τόπου· εὐθὺ τῆς στοᾶς, εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων*. Hinc petenda videtur ratio, cur *Menandrum* reprehenderit, qui *ἐν Δυσκόλῳ*, neglecto hoc Atticorum ufu, *εὐθὺς* adhibuerit. Verba *Menandri* in *Amm*. Edd. ita vulgari folent:

> *Τί φῄς ἰδὼν ἔνθέν γε πᾶς δ' ἐλευθερῶν,*
> *'Απῆλθες εὐθὺς, ὡς ταχύ.*

Obfcuram fragminis *Menandrei* fententiam, quam alii etiam exponere tentarunt, hac, ni fallor, ratione illuftriorem reddes:

> *Τί φῇς ἰδὼν, ἐνθένδε πῶς γ' Ἐλευθερῶν*
> *Ἀπῆλθεν εὐθὺς ὡς ταχύ;*

Quid fi tu vidiffes, quam celeriter hinc fefe recta Eleutheras coniecerit? Εὐθὺς Ἐλευθερῶν pofitum pro *Εὐθὺ*. Sic *εὐθὺ πόλεως* ufurpavit *Eupolis Μαρικᾷ* apud *Schol. Soph.* ad Oedip. Colon. v. 1596.

91 *Ἀλλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι, θῦσαι γάρ με δεῖ*
> *Κριὸν Χλόῃ Δήμητρι.*

Alios etiam Atticiftas fequutus *εὐθὺς* et *εὐθὺ* fedulo difcernit *Ptolem. Afcalon.* §. 25. *Εὐθὺς ἐπὶ χρόνου καὶ ἐπὶ ὀρθοῦ. ὡς φαμὲν εὐθὺς κανών. Εὐθὺ δὲ οὐκέτι ἐπὶ χρόνου, ἀλλ'*

ἐπὶ τοῦ ἐπ' εὐθείας, οἷον εὐθὺ χωρίον. Corrigendum οἷον εὐθὺ χωρίου. Huiuscemodi loquendi formulae proftant apud *Suidam*, et apud *Lucianum* longe plurimae, veluti in Hermotimo T. I. p. 523. εὐθὺ τῆς μεσημβρίας. p. 521. χωρεῖν εὐθὺ τῆς πανευδαίμονος ἐκείνης πόλεως. Dial. Mort. XXII. εὐθὺ τῆς καθόδου. Nigrino p. 40. εὐθὺ τῆς πόλεως. *Max. Tyr.* Serm. XXXVIII. p. 222. εὐθὺ τοῦ οὐρανοῦ ἀνατεινόμενοι τῇ ψυχῇ. *Heliod.* I. p. 10. εὐθὺ τοῦ ὄρους ἐχώρουν. *Ariftophanes* ἐν Γηρυτάδι apud *Etym.* p. 420. v. 5. ἦσαν εὐθὺ τοῦ Διονυσίου. Ab eodem p. 682. v. 52. fub tefte *Ariftophane* profertur εὐθὺς Σικελίας, ubi forfan fcribendum εὐθὺ Σ. Eadem ratione ufus eft *Herodotus* VIII. c. XXXVIII. ἰθὺ Βοιωτῶν ἔφευγον. et IV. c. LXXXIX. ἔπλεε ἰθὺ τοῦ Ἴστρου. Ab his probe fecernenda eft diverfa vocis εὐθὺ poteftas, qua, monente etiam *Ammonio,* fignificat τὸ ἐξ ἐναντίας. *Max. Tyr.* Serm. XXVII. p. 161. Ἀχιλλεὺς νῆσον οἰκεῖ εὐθὺ Ἴστρου, ubi εὐθὺ verti debet *ex adverfo:* hunc locum eo protuli, quod viro cuidam eruditiffimo fraudi fuerit.

CAPUT III.

Diverfi ordinis legati dicti Θεωροί. Elegans Max. Tyrii locus menda liberatur. Minus vulgaris Philochori obfervatio. Munus Θεωρῶν perhonorificum. Ἀρχιθέωρος et θεωρίας ὑπηρέται. Lyfimachidae verba apud Amm. emend. et illuftr. Super titulo libri Lyfimachidae fufpicio: non videri eum fcripfiffe περὶ ῥητόρων, fed περὶ ἑορτῶν. Ionfii fententiam non fatis effe expeditam. 92

Θεωρὸς καὶ Θεατὴς διαφέρει. Θεωρὸς μὲν γάρ ἐστιν ὁ εἰς θεοὺς πεμπόμενος] Nomen Θεωρῶν, per fane honorificum, diverfi generis legatis olim fuit tributum, nullis, nifi τοῖς εἰς θεοὺς πεμπομένοις· qua generaliori loquendi ratione, praeter *Ptolemaeum Afcalonitam*, qui *Ammonium* fequitur, ufus etiam fuit in Lex. *Hipp. Erotianus,* fubiungens χρησμῶν ἐπισκέψεως χάριν. Illis quidem id nominis eximie adhaefit, qui ob rem, five publicam, five

etiam privatam, Delphos aut aliovorsum proficiscebantur. *Soph.* Oed. Tyr. v. 113. Laius *Θεωρὸς* —— *ἐκδημῶν*. *Schol.* *ὁ πρὸς τοὺς θεοὺς διὰ χρησμὸν ἀπερχόμενος.* Confer *Triclin.* *Soph.* Oed. Col. v. 409.

Ἀνδρῶν θεωρῶν Δελφικῆς ἀφ' ἑστίας.

Qui Iovis Ammonis oraculum consuluerant, *θεωροὺς* vocat *Serinus* apud *Stobaeum* Tit. VII. p. 91. Atheniensium, Corinthiorum, et aliarum etiam gentium super gravissimi momenti rebus missas legationes memorat *Maximus Tyrius*, Serm. XXV. p. 145. tum philosophatur, sed elegantissime: *φέρε*, inquit, *μιμησάμενοι τοὺς θεωροὺς ἐκείνους, τοὺς ὑπὲρ κοινοῦ τοῦ γένους ἐπὶ τὰ μαντεῖα σταλέντας,*
93 *ἐρώμεθα τὸν Δία, τίς τῶν ἀνθρωπίνων ἀγαθῶν πατὴρ καὶ χορηγός.* Ita scribendum censeo, pro *τοὺς κοινοὺς, τοὺς ὑπὲρ τοῦ γένους.* Alia dabit in hanc rem Cl. *Dukerus* ad *Thucyd.* V. c. XV. nota p. 328. ubi illos monet, qui ad obeundas statas in Delum legationes, sive ad solemnia Graeciae certamina publica auctoritate mittebantur, *θεωροὺς* fuisse salutatos; ac de iis egisse *Spanhemium* et *Valesium.* Minus trita, sed mendis etiam sunt obsita, quae erudita in *Soph.* Oed. Col. Scholia nobis ex *Philochori* Tetrapoli exhibent ad v. 1040. e quibus id saltem cogi potest, Delphicas legationes et Deliacas per vices fuisse institutas: *θύει δὲ ὁ μάντις*, inquit *Philochorus*, *ὅταν μὲν τὰ εἰς Δελφοὺς πόμπιμα γένηται, καὶ θεωρία πέμπηται, ἐν Οἰνόῃ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ Πυθίῳ· εἰ δὲ εἰς Δῆλον ἀποστέλλοιτο ἡ θεωρία, κατὰ τὰ προειρημένα θύει ὁ μάντις εἰς τὸ ἐν Μαραθῶνι Δήλιον.* Neglecti officii accusantur Athenienses in oraculo Dodonaeo apud *Demosth.* in Midiana p. 392. C. *ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει, ὅτι τὰς ὥρας παρηνέγκατε τῆς θυσίας καὶ τῆς θεωρίας· αἱρετοὺς δὲ πέμπειν κελεύει θεωροὺς ἐννέα.* ubi notatu digna sunt, quae scribit *Ulpianus* p. 203. *θεωροὶ ἦσαν οἱ τὰς θυσίας τοῖς ἔξω θεοῖς ἀποφέροντες.* Confer *Lysimachidae* verba apud *Ammonium.* Quod autem res ipsa suadet, munus *θεωροῦ* admodum fuisse honorificum, ex *Demosth.* de falsa legat. p. 216. C. aestimare licet, non nisi primi ordinis et dignitatis prae-

cipuae viros ad istud obeundum electos: *ὥστε μήτε τοὺς ἐκ τῆς βουλῆς θεωροὺς, μήτε τοὺς θεσμοθέτας εἰς τὰ Πύθια πέμψαι, ἀλλ' ἀποστῆναι τῆς πατρίου θεωρίας.* Missos fuisse cum *legatis θεσμοθέτας, ἵνα μεῖζον ᾖ τὸ ἀξίωμα τῆς θυσίας,* monuit *Ulpianus* in comment. ad h. l. p. 112. Prae reliquis unus eminebat *Ἀρχιθέωρος. Andronicus Rhodius* Ethic. Nicom. Paraphr. IV. c. III. p. 204. *οἱ —— τὸ αὐτὸ δαπάνημα προσήκει τριηράρχῳ καὶ τῷ ἀρχιθεώρῳ, ἀλλ' ἑκατέρῳ τὸ πρέπον τῷ μεγέθει τῆς ἀρχῆς.* Multa notat *H. Steph.* Ind. Thes. in v. *Ἀρχιθέωρος.* Hic *Achilli Tatio* VII. p. 449. *ὁ τὴν θεωρίαν ἄγων.* Praeter *Ἀρχιθέωρον* Theagenem, a *Valesio* indicatum, *θεωρίας* etiam *ὑπηρέτας* L. IV. p. 198. memorat *Heliodorus*, qui non pauca ad hanc rem subministrabit. Porro, quae in hac observatione tradidit *Ammonius*, consideremus. 94

Ibid. Λυσιμαχίδης ἐν τῷ πρὸς Καικίλιον περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥητόρων.] Ut facilior fiat, quam mox de libro *Lysimachidae* instituam, disputatio, primum observari velim, hinc ab *Ammonio* enotari, quaenam sit inter *θεωρῆσαι* et *θεάσασθαι* significandi differentia; quique proprie *θεωροὶ* sint dicendi; deinde etiam, unde *τὸ τοῖς Ἀθηναίοις διδόμενον θεωρικὸν* nomen acceperit: *οὐχὶ διὰ τὰς θέας,* inquit *Lysimachides*, (*ὡς Καικίλιος ὑπέλαβεν*) *ἀλλὰ διὰ τὸ ἐν ταῖς ἑορταῖς εἰς τοὺς θεοὺς εὐσεβεῖν καὶ ἐπιθεῖν καὶ εὐφραίνεσθαι.* In notis submonui, pro *ἐπιθεῖν* legendum videri *ἐπιθύειν·* neque pudet me coniecturae. *Moschopulus περὶ σχεδῶν* p. 10. *θεωρικὰ χρήματα* distributa fuisse scribit *εἰς θέας, καὶ ἑορτὰς, καὶ θυσίας, ἵνα μὴ τῆς θεωρίας αὐτῶν ἀπολίπωνται. ut ne quis* pauperior *festorum celebritate careret.* Hoc nostro nunc scopo sufficit; plura etiam de *theorica pecunia* notarunt *Sam. Petitus* ad LL. Att. p. 383. et seqq. et ad *Harpocrat. Henr. Valesius.* Si quis vero, quae sub teste *Lysimachida* ex *Ammonio* protuli, rite animadvertat, non facile hunc fuisse credet libri *Lysimachidae*, quem *Ammonii* Edd. praeferunt, indicem. Ego certe nullus adsequor, qui in huiuscemodi argumenti 95
libro haec materia commode pertractari potuerit. Modo a *Caecilii* cogitatione animus sit liber, non dubitabis

mecum reponere: *περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἑορτῶν.* Leviſſimam mutationem ſuadet *Harpocration*, qui in v. *Σκίρον* teſtes citat *τοὺς γράψαντας περί τε ἑορτῶν καὶ μηνῶν Ἀθήνησιν, ὧν ἔστι καὶ Λυσιμαχίδης.* De Feſtis egerant, eidem alibi citati, *Apollonius* Acharnenſis, *Philochorus* et alii, quos inter *Lyſimachides.* Fieri non poterat, ut, qui feſtos Athenienſium dies exponerent, non ſimul menſium etiam haberent rationem: neque mirarer, potiorem tantum operis partem ab *Ammonio* memorari, cum et alibi Lamprenſis *Ammonii τὸ περὶ θυσιῶν* citaverit, qui tamen liber *περὶ βωμῶν καὶ θυσιῶν* inſcribitur apud *Harpocrationem.* Idem *Lyſimachides*, quamvis nomen in *Fabriciano* indice non compareat, teſtis adducitur in Scholiis ad *Soph.* Oed. Col. v. 56. quaeque ibi de Prometheo et Vulcano Athenis uno in loco cultis ſub eius nomine producuntur, ex eodem libro videntur deſumta. Haec quidem ſpecie ſua non carent. At *Caecilii* nomen coniecturae meae dubium obmovet, cui non ſim ſolvendo. *Caecilium* quendam ſub Auguſto inprimis clarum in oratoribus antiquis illuſtrandis operam ſuam collocaſſe liquido conſtat, deque eo notant Commentatores ad *Longinum.* Ea res *Voſſium*, et *Ioannem* etiam *Ionſium*, hominem eruditiſſimum, de Hiſt. Philoſ. Scriptor. III. c. 1. §. 5. permovit, ut ſuper recepta in *Ammonio* ſcriptura nulli dubitaverint. Suſpicionem, quam poſui, nondum tamen repudio, neque horum me auctoritas de priori ſententia dimovit. De
96 Rhetoribus ſcripſerat *Caecilius*; idem de *Lyſimachide* nemo tradidit. Ac propterea eo devenit *Ionſius*, ut hac ratione in *Ammonio* vertendum cenſuerit: *Lyſimachides libro adverſus Caecilium de iis, quae apud Rhetoras Athenienſes occurrunt.* quae quam ſint a Graecis aliena, vel tiro viderit. Si enim iſta obtineret, quam *Ionſius* exhibet, verſio, hac ratione legendum foret: *Α. ἐν τῷ πρὸς Καικιλίου περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ῥήτορσι.* quae nimium a recepta ſcriptura recedunt. Interim *Caecilii* mentio apud *Harpocr.* in v. *Ἐξούλης* ad *Ammonium* comparari debet.

CAPUT IV.

Ismenium, Apollinis templum. Hercules Θηβαγενής. Hesiodus leviter refingitur. Θηβαγενεῖς consuevisse εἰς τὸ Ἰσμήνιον τριποδοφορεῖν. Θὴς, mercenarius. Hesych. et Suid. corriguntur. Λάτρις, homo liber in servitutem redactus. E Clitarchi Glossario locus emendatur. Ἐπάμονες sunt θεράποντες. Ἄτμενος et Ἀτμὴν, famulus et famul.

Θηβαῖοι καὶ Θηβαγενεῖς διαφέρουσιν· καθὼς Δίδυμος ἐν ὑπομνήματι τῷ πρώτῳ τῶν Παιάνων Πινδάρου φησίν· Καὶ τὸν τρίποδα ἀπὸ τούτου Θηβαγενεῖς πέμπουσι τὸν χρύσεον εἰς Ἰσμηνὸν πρῶτον.] Uti reliqua, quae in hac nota ex *Ephoro* obſervavit *Ammonius*, propter mendas, quibus ſunt inquinata, denſam mihi offuderunt caliginem, ita priora Grammatici, quae adſcripſi, verba non minus ſunt obſcura. Cum enim ignoremus, quid in *Didymi* commentario praeceſſerit, dici etiam non poteſt, quo eius 97
verba ἀπὸ τούτου referri debeant. Quod tamen poterimus lucis, id optimo Grammatico adferre non pigebit. Hunc in finem *Pindari* verba adſcribam ex Pythion Od. XI. In hac Ode Thebanum Thraſydaeum laudaturus primum adloquitur Κάδμου κόρας, Semelen et Ino, quas una cum Herculis matre ire iubet

—— χρυσέων
εἰς ἄδυτον τριπόδων
θησαυρὸν, ὃν περίαλλ᾽ ἐ-
τίμασε Λοξίας·
Ἰσμήνιον δ᾽ ὀνύμα-
ξεν ἀλαθέα μαντείων θῶκον.

Huic loco is ex Paeanibus ſine dubio fuit adfinis, ad quem olim commentabatur *Didymus*, in cuius verbis facile vides ſcribendum Ἰσμήνιον. *Calliſthenes* Hellenic. III. apud *Stephan.* in Τέγυρα, —— εἶναι μαντεῖά φησι, τὸ μὲν Ἰσμήνιον ἐν Θήβαις· idque oraculum, *Max. Tyr.* Serm. XXVI. p. 150. et aliis memoratum, ἀλαθέα μαντείων

θῶκον vocat *Pindarus*, et *aureorum tripodum thesaurum*, quo *Καδμογενεῖς* contendere debeant

— *σὺν Ἡρακλέος ἀριστογόνῳ*
ματρὶ — —

Probarem legi: *ἀριστογόνου·* et cur id malim, facile percipies ex *Pausaniae*, quem mox adferam, loco. Herculis meminit *Pindarus*, quia is fuit *Θηβαγενής*. *Schol. Soph.* ad Trachin. v. 116. *Καδμογενῆ, τὸν Θηβαγενῆ Ἡρακλέα. Ἡσίοδος·* (Theogon. v. 530.)

98 *Ὄφρ' Ἡρακλῆος Θηβαιγενέος κλέος εἴη.*

Quod apud *Hesiodum* vulgatur *Θηβαγενέος*, hinc leviter emendabis; ita et *Euripides* Supplic. v. 136. *Πολυνείκει τῷ Θηβαιγενεῖ.* His solis licebat in Ismenium *τριποδοφορεῖν*. *Didymus* apud *Ammonium τὸν τρίποδα* — *Θηβαγενεῖς πέμπουσι τὸν χρύσεον εἰς τὸ Ἰσμήνιον·* ita videtur legendum: vocabulum *πρῶτον* quid hic notet, minus perspicio. *Schol. Pindari* ad Oden cit. v. 5. *τριπόδων δὲ εἶπε θησαυρὸν τὸ Ἰσμήνιον, διὰ τὸ αὐτόθι πολλοὺς ἀνακεῖσθαι τρίποδας· οἱ γὰρ Θηβαγενεῖς ἐτριποδοφόρουν ἐκεῖσε.* Annuum. Ismenii Apollinis sacerdotem iuvenem nobilem Thebis creari solitum fuisse, observavit *Pausanias* IX. Cap. X. an vero omnes tripodem deo dedicare consueverint, non habuit exploratum: *δοκῶ δὲ*, inquit, *οὐ πᾶσιν εἶναι νόμον· οὐ γὰρ δὴ πολλοὺς ἑώρων αὐτόθι ἀνακειμένους·* inter illos unum, vetustate inprimis commendabilem, *Ἀμφιτρύωνος ἀνάθημα*, sese conspexisse notat *Pausanias*, cuius uti et aliorum inscriptiones a sese descriptas conservavit *Herodotus* V. c. LIX. et seqq. *Proclus* in Chrestom. p. 11. memorat *τὸ τριποδοφορικὸν μέλος*, quod *τρίποδος προηγουμένου παρὰ* (male *περὶ*) *τοῖς Βοιωτοῖς ᾔδετο·* id vero an huc pertineat, alii viderint, quorum curae intactam hanc notam reliquisse, satius fuisset.

Θῆς, Λάτρις, Ἀμφίπολος, Ἄτμενος διαφέρουσι] Homines *pauperes*, sed *liberi*, qui *mercede operas suas* ditioribus *locabant*, *Θῆτες* vocabantur. *Poll.* III. 82. *Πελάται δὲ καὶ Θῆτες, ἐλευθέρων ἐστὶν ὀνόματα, διὰ πενίαν ἐπ'*

ἀργυρίῳ δουλευόντων. *Hesychius*: Θὴς, δοῦλος μισθωτὸς, —— ἢ ὁ τὴν ἡμερητικὴν (ita videtur leg. pro μερητικὴν) 99
ἐργαζόμενος παρὰ Ἀθηναίοις. Hoc ſenſu voce utuntur *Homerus* et *Heſiodus*, neque diverſo θῆσσα γυνὴ legitur apud *Apollon. Rhod.* I. v. 193. *Euripidis* Alceſtin ita exorditur Apollo:

Ὦ δώματ' Ἀδμήτει', ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ
Θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι, θεός περ ὤν.

Solonis aevo Athenis invaluit, ut quarta et infima civium pars τὸ θητικὸν, quique ex hac plebe cenſebantur, θῆτες et θῆσσαι nuncuparentur. Vide *Petit.* ad Leges Att. p. 126. et ſeqq. et p. 453. Deinde *Λάτρις* et *Ἀτμενος*, qui, natura etiam liberi, ſervitutem ſerviebant, ſive bello capti, ſive alia ratione in eum ſtatum redacti. *Λάτρις* ſecundum *Ammonium* ὁ κατὰ πολεμικὴν περίστασιν ἁλοὺς, καὶ ἐπὶ δουλείαν προσαχθείς. Recte *Heſychius*: *Λατρεύει*, ἐλεύθερος ὢν δουλεύει. Ita capiendum vocabulum λατρεία in *Soph.* Aiace v. 504.

Οἵας λατρείας ἀνθ' ὅσου ζῆλου τρέφει.

Apud *Suidam* in *Λατρεία* adducitur hic verſus, ubi nomen Σοφοκλῆς e MS. *Leidenſi* reſtitui poteſt. Indidem alium *Suidae* locum adſcribam: *Λάτρις* λάτρου· θηλυκὸν δὲ ἡ λάτρις, θεράπαινα, δούλη. vulgatur: *Λάτρης*, λάτρου. θηλυκὸν δὲ λάτρις· verum mox ſequitur: *Λάτρις* τὸ ἁπλοῦν διὰ τοῦ ι. Itaque alterum λάτρης non agnovit *Suidas*, et praeferenda MS. lectio, modo ſeſe ſua turbetur λάτρου· quod, ubi ſemel prima vox fuit depravata, a ſciolo invectum. Forſan *Suidas* ſcripſerat: *Λάτρις*, λάτριδος, ὁ. θ. δὲ ἡ λάτρις. Haec certe veterum uſu poſſunt confirmari, e *Soph.* Trachin. v. 69. *Eurip.* Rheſo v. 715. Apud 100
Eundem habes ἀρχαία λάτρι, Hecub. v. 609, et Iphig. Aul. v. 668. Propert. IV. El. VII. v. 75. *Latris cui nomen ab uſu eſt.* *Euripid.* Helena v. 734.

Ἐγὼ μὲν εἴην καὶ πέφυχ' ὅμως λάτρις.

Qui verſus *Ammonii* legem non parum labefactat, et eorum potius, qui uſum voci ampliorem tribuebant, ſententiam adſerit. *Euſtath.* ad Od. Ξ. p. 531. *Λάτρις* ——

κατά τινας μὲν ὁ ἁπλῶς θεράπων. dignioris ordinis minister et pedissequus. Gravem maculam e *Clitarchi* Glossario tollam apud *Athen.* L. VI. p. 267. C. καλοῦνται δ' οἱ δοῦλοι, ὡς μὲν Κλείταρχος φησὶν ἐν ταῖς γλώσσαις, ἄζοι, καὶ θεράποντες, καὶ ἀκόλουθοι, καὶ διάκονοι, καὶ ὑπηρέται· ἔτι δὲ πάλμονες καὶ λάτρεις. Pro ἔτι δὲ πάλμονες legendum contendo: ἔτι δ' ἐπάμονες καὶ λάτρεις. In *Hesychio* itidem ea vox est corrupta: Ἐπάλλων, δοῦλος, λάτρις. Repone: Ἑπάμων· ortus error ex adfini literarum *ΛΛ* et *M* in membranis ductu. *Hesychius* recte alibi: Ἑπάμονες, ἀπόγονοι, ἀκόλουθοι. et: Ἑπέται, ἀκόλουθοι, θεράποντες. Ultimum denique nomen Ἄτμενος rarissimi, ni fallor, usus, non solum *servum*, sed et, auctore *Ammonio*, τὸν ὑποτεταγμένον ἐλεύθερον denotat; atque ita non multum ab eo differt, qui eximie θεράπων dicebatur. *Hesychius:* Ἄτμενον. ἄπαυστον οἰκέτην. et: Ἀτμενία, δουλεία, δυστυχία. Alibi corrupte Λατμενεία. In Epigramm. Anthol. IV. c. XXXII.

Δμῶας μυιοσόβου ῥύομαι ἀτμενίης.

Apud *Etymol.* et *Suidam* Ἀτμὴν, et Ἀτμένες, οἱ δοῦλοι. *Famul* pro famulus, *Ennius*, *Lucretius*, et alii usurpaverunt.

101 CAPUT V.

Κίες, curculiones, et tarmites. Ἀκιώτατοι. Sapphus fragmentum Pindaro tribuisse Plutarchum. Scaligeri emendatio. Variantem in Hesiodo lectionem Grammaticis deberi. Ἶπες et Ἴκες non nisi scriptura differunt. Erroris Magistrorum origo. Corriguntur Etymol. et Isidor. Θρίπες, ligni teredines. Stratonis distichon. Θριπήδεστα et Θριπηδέστατα· posteriorem formam legitimam videri. Schol. Aristoph. emend. Inepta Hesychii adnotatio.

Ἶπες, καὶ Θρίπες, καὶ Κίες, καὶ Ἴκες διαφέρουσιν.] Minutam hancce vermiculorum nocentium turbam in totidem diversas species secernunt etiam *Etymologus* p. 481. et

Moschopulus, ita ut uterque *Ammonii* obſervatione videri poſſit uſus. Quod vero in huiuscemodi Grammaticorum placitis plerisque omnibus tenendum, id hic eximie locum habet. Probatiſſimos ſcriptores hanc differentiam ignoraviſſe, ex iis, quae ſubiiciam, liquido patefiet. *Κίες*, ſecundum *Ammonium*, *τὰ ἐν ταῖς κριθαῖς καὶ ἐν τοῖς πυροῖς θηρίδια*. *Hesychio θηρίδια σιτοφάγα*· apud *Plautum* vocantur *curculiones* in fabula cognomine, IV. IV. v. 30.

—— —— —— —— in tritico facillume
Vel quingentos curculiones pro uno ſaxo reperias.

Vetus Onomaſticon: *Curculio: τρώξ*. At niſi de *ligni teredine Κὶς* uſurparetur, dici non potuiſſet ab *Heſiodo* Oper. et Dier. v. 435. 102

Δάφνης ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἱστοβοῆες.

Plutarchus, vocis *ἀκιώτατοι* rationem declarans, monente *Proclo* in Scholiis ad h. l. p. 103. a., *εἶναί τι θηρίδιον*, inquit, *ὃ καλεῖται κὶς, διεσθίον τὰ ξύλα. τοῦτο καὶ Πίνδαρον*, addit, *οὕτω καλεῖν περὶ τοῦ χρυσοῦ λέγοντα, κεῖνο σὴς οὐ κὶς δάμναται.* in quibus lapſus videtur *Plutarchus*, et quae *Sapphus* erant, *Pindaro* tribuiſſe. In ſcholiis certe *Pindari* ſequentia ſub *Poëtriae* nomine leguntur ad Pyth. IV. v. 408. *Διὸς παῖς ὁ χρυσὸς, κεῖνον οὐ σὴς, οὐδὲ κὶς, δάπτει βροτέαν φρένα κράτιστον φρενῶν.* Quam poſtremam vocem ſi ad Magni *Scaligeri* mentem in *ἀφένων* mutare velis, atque tum ſcribere: *κεῖνον οὐ σὴς οὐδὲ κὶς δάπτει, δάμναται δὲ βροτέαν φρένα κράτιστον ἀφένων*· ſenſum habebis, non dicam eruditula puella haud indignum, ſed qui *Pindari* potius gravitatem ſuſtinere poſſit. Ceterum uſus *Heſiodeus* in voce *ἀκιώτατοι*, Grammaticorum decretis repugnans, eosdem, ni fallor, permovit, ut huic voci aliam *ἀκιρώτατοι* ſubſtituerent. Cuius lectionis meminit Etymologici M. *Auctor* in *Ἀκιώτατον*· locum e MS. longe auctiorem, atque eſt in edito, deſcribam: *Ἀκιώτατον, ἄσηπτον, ἄβρωτον· κὶς γὰρ λέγεται ὁ ἐν τοῖς ξύλοις σκώληξ. Ἡσίοδος ἐν Ἔργοις καὶ Ἡμέραις,*

Δοιὰ δὲ θέσθαι ἄροτρα πονησάμενος κατὰ οἶκον
Αὐτόγυον καὶ πηκτόν· ἐπεὶ πολὺ λώϊον οὕτω.

Εἴ χ' ἕτερον γ' ἄξαις ἕτερον δ' ἐπὶ βουσὶ βάλοιο,
Δάφνης ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἱστοβοῆες.

103 Ἕτεροι δὲ ἀκιρώτατοί φασιν, ἵν' ᾗ κάλλιστοι, κιῤῥὸν γὰρ τὸ κίτρινον. Deinde, ut id, quod inceperam, perſequar, nullius itidem eſt momenti, quam inter ἶπας et ἴκας ponunt, differentia. *Involvolum*, ſive *convolvolum*, uti Latini vocant, docente *Bocharto*, viti infeſtum animalculum, ἴκα nominaverat *Alcman; Homerus* pro *cornuum eroſore* ἶπα poſuerat Od. Φ. v. 395. Μὴ κέρα ἶπες ἔδοιεν· —— Fieri non poterat, quin *Alcmanis* et *Homeri* locis decepti Magiſtri ἶπας eſſe ſcriberent θηρίδια, ἃ κατεσθίει τὰ κέρατα, ἴκας vero τὰ διεσθίοντα τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν ἀμπέλων. *Grammaticus* in Biblioth. *Leidenſi* MS. Τὰ εἰς ιξ μονοσύλλαβα ὀνόματα, ἂν ἔχῃ τὸ φ, διὰ τοῦ κ κλίνεται, οἷον φρὶξ φρικὸς, φὶξ φικός· εἰ δὲ μὴ ἔχει τὸ φ, διὰ τοῦ χ, οἷον στὶξ στιχὸς, θρὶξ τριχός· πλὴν τοῦ ἶξ ἰκὸς, ἔστι δὲ ὁ ἐσθίων τὰς ἀμπέλους σκώληξ. integrum locum deſcripſi, quo conſtaret, ἶξ, ἰκὸς a recepta in reliquis lege recedere, atque eo etiam magis reddi probabilem, quam ego veriſſimam cenſeo, *Sam. Bocharti* ſententiam, qui ab *Alcmane* ἴκα ex dialecto pro ἶπα poſitum ſagaciter animadvertit, et ex idoneis auctoribus loca produxit, in quibus, qui in vitibus naſcuntur vermiculi, ἶπες dicantur, *Hieroz.* P. II. L. IV. C. XXVII. Recte itaque *Cyrillus* in Lex. inedito ad v. Σής, Διαφέρει, inquit, Θρὶψ, Σὴς, καὶ Ἶψ. Θρὶψ μέν ἐστι σκώληξ ἐσθίων τὰ ξύλα· Σὴς δὲ, ὁ τὰ ἱμάτια· Ἶψ δὲ, ὁ τὰ κέρατα καὶ τὰς ἀμπέλους βλάπτων. Non aliunde repetenda eſt ratio, cur in *Homero* nonnulli ὑφ' ἓν ſcribi maluerint κεραΐπες, ἀντὶ τοῦ ἐν κέρασιν ἶπες, πρὸς διαστολὴν τῶν ἐν φυτοῖς, uti ad *Homeri* l. c. commode in
104 rem noſtram ſcribit *Euſtathius*, bene etiam vocabulum Ἶψ derivans παρὰ τὸ ἴπτειν, ὅ ἐστι φθείρειν. qua in re ſibi habet conſentientem *Etymologum:* παρὰ τὸ ἴπτω, τὸ βλάπτω, ἴψω, ἴψ. e MS. poſui ἴψω pro vulgato ἴπω. Eſt itaque ἴψ ſimpliciſſima veteris verbi, quod in compoſitis fere remanſit, propago.

Ibid. Θρίπες δὲ, τὰ ἐσθίοντα τὰ ξύλα, καὶ Θριπηδέστατα τὰ ὑπὸ θριπῶν βεβρωμένα ξύλα.] Θρίπες, *tarmites. Iſido-*

rus XII. 5. *Teredonas Graeci vocant lignorum vermes, eo quod terendo edant; hos nos tarmites dicimus.* non *termites*, uti vulgatur. Vide *Scalig.* Coniect. in *Varr.* p. 133. Veteribus etiam *Coſſi* appellabantur, obſervante *Feſto* in v. Bina loca, in quibus θρὶψ occurrit, ſubiiciam. Primus locus eſt *Menandri* apud *Stobaeum* p. 224.

Τὸ δ᾽ ἱμάτιον οἱ σῆτες, ἡ δὲ θρὶψ ξύλον.

Succedat *Stratonis* diſtichon ex Anthologia inedita:

Θριπὸς ἐγὼ καὶ σύρμα τερηδόνος εἴθε γενοίμην,
Ὡς ἀναπηδήσας τὰ ξύλα ταῦτα φάγω.

Etymologus: Θρὶψ δέ ἐστι ζῶον κατεσθίον ξύλα καὶ κέρατα, καὶ θριπήδεστα, τὰ ὑπὸ θριπῶν διαβεβρωμένα ξύλα. ubi obſervandum, θριπήδεστα dici, quae *Ammonius* vocat θριπηδέστατα. quae potior ſit ſcriptura, neque ipſis veteribus conſtitit. Super ea re conſulendi ſunt ad *Poll.* VI. 38. *Kühnius*, et qui diligenter prae aliis hic verſatur *H. Stephanus* Ind. Theſ. in v. Θρίψ. Mirum vero, adeo ſcripturae hanc diverſitatem dubium traxiſſe *Valeſium* in not. *Mauſſ.* ad *Harp.* in v. Θριπηδέστατον· quo titulo Graeciam notabat *Hyperides.* In Etymologico MS. offendi 105
θριπηδεστὸν, ubi vulgo legitur θριπηδέστατον· ſed in fine iſtius notae addebatur καὶ θριπηδεστόν. quorum alterum ſine controverſia mutandum in θριπηδέστατον, quam ſcripturam, ubicunque occurrit, ſervandam et alteri longe praeponendam cenſeo. Ad eandem formam vidimus in *Heſiodi* verſu Ἀκιώτατοι, quod tamen etiam apud *Heſychium* in Ἀκίωτοι mutatum voluerunt. Apud *Heſiodum* etiam ἀδηκτοτάτη ὕλη occurrit Ἔργ. v. 420. ubi *Procli* ſcholia menda non vacant. Ad θριπήδεστα σφραγίδια inſignis eſt *Schol. Ariſtoph.* ad Theſmophor. v. 434. obſervatio, quam ea ratione hic adponam, ut eam emendandam exiſtimo: Θριπήδεστα] λέγεται κυρίως τὰ ξύλα βεβρωμένα καὶ διεφθαρμένα ὑπὸ τῶν θριπῶν. θρὶψ δέ ἐστι ζῶον κατεσθίον ξύλα καὶ κέρατα. ἀπὸ δὲ τῶν κατεδηδεσμένων ξύλων ἐνταῦθα καλεῖ σφραγίδια θριπήδεστα. Lacedaemoniis hunc uſum adſcribit *Heſychius* in Θριπόβρωτος, cuius loco uſus eſt *Salmaſius* de Modo Uſur. c. XI.

p. 447. quem vide etiam ibid. p. 457. Eſt in *Heſychii* Gloſſario adnotatio, quae prima fronte mihi per videbatur ridicula: Θιπόβροτος, κακὸς, δίχα τοῦ ρ, λέγεται καὶ θιπόβρωτος, ὁ ὑπὸ σητῶν βεβρωμένος. et necdum quidquam magis videtur ineptum, niſi fortaſſe arbitreris, olim alicubi ſcriptum fuiſſe: Θιπόβρωτος, ὁ ὑπὸ σητῶν βεβρωμένος. tum neſcio quem notaſſe: κακῶς δίχα τοῦ ρ̄· λέγεται γὰρ θριπόβρωτος. tandem univerſa in Lexicon ſuum recepiſſe *Heſychium*, ſive quisquis ille fuerit, qui utiliſſimo labore plurimorum *Lexica*, fideliter cum mendis deſcripta, in unum coëgit.

106 CAPUT VI.

Quem in finem verborum differentias tradiderit Plato? Origo proverbii Προδίκου τοῦ Κείου σοφώτερος. Ἴσοι et κοινοὶ ἀκροαταὶ non differunt. Verſus ex Anthol. emaculatus. Schol. MS. expoſitio dicti Homerici δικάσαι ἐπ' ἀρωγῇ. Librae imago in iudice, ſed et amuſſis et regulae. Theognis emendatur.

Ἴσοι καὶ Κοινοὶ διαφέρει.] Iſtoc quidem uſu non ſunt diverſa. Verba *Platonis*, quae ex eius Protagora p. 293. deſcripſit *Ammonius*, integra hic reponam: Χρὴ γὰρ τοὺς ἐν τοιοῖσδε λόγοις παραγιγνομένους, κοινοὺς μὲν εἶναι ἀμφοῖν τοῖν διαλεγομένοιν ἀκροατὰς, ἴσους δὲ μή. ἔστι γὰρ οὐ ταυτόν· κοινῇ μὲν γὰρ ἀκοῦσαι δεῖ ἀμφοτέρων, μὴ ἴσον δὲ νεῖμαι ἑκατέρῳ· ἀλλὰ τῷ μὲν σοφωτέρῳ πλέον, τῷ δὲ ἀμαθεστέρῳ ἔλαττον. Quae etſi a dialogi nexu avulſa Grammatico videntur favere, nihil tamen continent praeter acumen ſophiſticum, et *Platone* non ſatis dignum: itaque etiam Prodicum ea dicentem facit *Plato*, ut hominem aliquantiſper ludat, et inepte ſedulam Sophiſtarum in vocabulis diſtinguendis diligentiam Attico aceto perfundat. Eidem uſui reliqua inſerviunt, quae ſub *Platonis* nomine ad voces Δύναμις et Εὐφραίνεσθαι retulit *Ammonius*. Qui eius Protagoram legerit, neminem ea de re dubitaturum confido. Vel unicus Socratis iocus id ſatis

etiam declararet: ἔστι δὲ οὐ ταυτὸν, ὦ Πρωταγόρα, ὥς φησι Πρόδικος ὅδε, τὸ εἶναι καὶ τὸ γενέσθαι. et paulo inferius, Hisce, inquit Socrates, *elatior factus* ὁ μὲν οὖν 107
Πρόδικος ἀκούσας ταῦτα, ἐπῄνεσέ με. Priora, quae *Ammonio* hic materiam ſuffecerunt, eo protulit Prodicus, ut aequiſſimus videretur Socratem inter et Protagoram ſedere arbiter; origo itaque proverbii: Προδίκου τοῦ Κείου σοφώτερος non aliunde videtur repetenda, quod in tanta rerum copia *Eraſmum* praeteriiſſe, mirum non eſt. Atque ita videri poſſim *Platonem* tuitus, qui nullam inter ἴσους et κοινοὺς ἀκροατὰς agnoverit differentiam, quae toties Oratores Athenis iunxerant. *Demoſthenes* in Aphob. III. p. 560. A. ἄνπερ ἴσοι καὶ κοινοὶ γενήσεσθε ἡμῶν ἀκροαταί. et in ultima oratione contra Calliclem p. 738. ἕτοιμοι μὲν ἦμεν ἐπιτρέπειν τοῖς εἰδόσιν ἴσοις καὶ κοινοῖς. Plura loca collegit *Heraldus* ad *Minut. Fel.* Octav. p. 34. et L. II. de Rer. Iudicat. Auctor. c. IV. p. 234. ſqq. Pari ratione ἴσος et κοινὸς alias etiam coniungi ſolent. *Euripid.* Oreſt. v. 9.

Κοινῆς τραπέζης ἀξίωμ᾽ ἔχων ἴσον.

Auctor epigrammatis inediti:

Ἀλλ᾽ ἦν δ᾽ ἔνθα τρυφῆς, παίσεις ἴσα, κοινὰ λαλήσεις.

prouti emendabat *Scaliger* MS. lectionem: Ἄλλῃ δ᾽ ἔνθα τρυφῇ παίζεις, ἴσα κοινὰ λαλήσεις. Unius reipublicae civibus omnia dicuntur ἴσα καὶ κοινά. Vid. *Eurip.* Supplic. v. 433. *Thucydid.* I. c. XXVI. *Demoſth.* contra Ariſtogit. p. 505. A. Tantum vero abeſt, ut cenſeamus *Platonem* credidiſſe, decere iudices, κοινοὺς μὲν εἶναι ἀμφοῖν τοῖν διαλεγομένοιν ἀκροατὰς, ἴσους δὲ μὴ, ut contra *Plato* de Legg. XII. dixerit: χρὴ τὸν μέλλοντα δικαστὴν ἴσον 108
ἔσεσθαι, teſte *Stobaeo* p. 319. Ea locutio, apud *Demoſthenem* et *Aeſchinem* pervulgata, apud *Lucianum* etiam et *Achillem Tatium* occurrit. Turpiſſimum vitium, iudici ἴσῳ oppoſitum, *Theocritus* vocat ἐν χάριτι κρίνειν, Idyll. V. v. 69. *Homerus* ἐπ᾽ ἀρωγῇ δικάσαι, Il. Ψ. v. 574.

Ἐς μέσον ἀμφοτέροισι δικάσσατε, μηδ᾽ ἐπ᾽ ἀρωγῇ.

Docte notat ad hunc locum *Scholiaſta* MS. in libro

Vossiano: ἐξ ἴσου, ἐκ παραλλήλου, μὴ ἑτεροβαρεῖς. καὶ ἐπιφέρει, μηδ' ἐπ' ἀρωγῇ. καὶ ἔστιν ἡ διάνοια θαῤῥοῦντος τῷ δικαίῳ· οὐδένα γὰρ αὐτῷ διὰ τὸ ἀξίωμα καταχαρίσασθαι ἀξιοῖ. in quibus, quod minus etiam eſt tritum, ἑτεροβαρὴς *in alteram partem propenſum* commode expingit, ἑτερόῤῥοπον, oppoſite ad ἰσόῤῥοπον, quorum utrumque extat apud *Poll.* VIII. 10. et 12. et ab aequiſſimae *librae* imagine hac in re notiſſima deſumptum eſt. *Phocylides* v. 13.

Σθαθμὸν μὴ κρούειν ἑτερόζυγον, ἀλλ' ἴσον ἕλκειν.

Non minus pulcra rigidae rectitudinis facie ἴσος δικαστὴς ſeſe commendat, modo iſtud ἴσος ad fabri *normam* et *regulam* referas, quae omnia eodem rigore exaequans *Philoſopho* obverſabatur apud *Stobaeum* Tit. XLIV. p. 319. Amuſſis etiam notio tuetur in *Polluce* εὐθυδικία, VIII. 11. Non ſinam in cultiſſimo, ſed mirabiliter ſaepe mendoſo, *Theognidis* libello iſtam, quam dicebam, imaginem unius vocis depravatione diutius obſcurari, et in verſu 543.

Χρή με παρὰ στάθμην καὶ γνώμην τήνδε δικάσσαι
109 *Κύρνε, δίκην, ἶσόν τ' ἀμφοτέροισι δόμεν.*

Quantocyus repono:

Χρή με παρὰ στάθμην καὶ γνώμονα τήνδε δικάσσαι.

Eſt enim γνώμων, κανόνιόν τι μηχανικὸν, non κανονικὸν, uti inſulſe legitur in *Schol. Lucian.* ad Harmonid. p. 29. Et ne quis στάθμην et γνώμονα minus rite una in ſede convenire cenſeat, aut in hac emendatione velit diſputare, quandoquidem ea eſt veriſſima, adiiciam alium *Theognidis* locum v. 802.

Τόρνου καὶ στάθμης καὶ γνώμονος ἄνδρα θεωρὸν
Εὐθύτερον χρή μιν, Κύρνε, φυλασσέμεναι.

Elegantiſſimum ex *Sophoclis* Hippodamia locum conſervavit *Athenaeus* XIII. p. 564. C. in quo non pauca mutavit *Grotius*, Vir Illuſtris.

CAPUT VII.

Quinam dicti sint Μέτοικοι; Inquilini, μετανάσται. Schol. Soph. obiter emaculatur. Emendatur Homerus e MS. Cod. Voss. et ex eo Scholion profertur. Inquilinorum misera Athenis conditio, et invidiosa nomina. Μετοίκιος Ζεύς. Μετοίκιον τιθέναι. tributum fuit drachmarum X. vel XII. Ἰσοτελεῖς proprie dicebantur Ἰσοτελεῖς μέτοικοι. Vocabulum Ἀστόξενος restituitur Moschopulo.

Ἰσοτελὴς καὶ Μέτοικος διαφέρει.] Inter eos, qui de Atheniensium inquilinis egerunt, nemo, quem quidem ego noverim, *Ammonii* meminit, qui talia tamen in hac nota 110
tradit, quae apud alios Grammaticos temere non offendas. Excipio *H. Valesium*, qui *Ammonium* citat ad *Harpocr.* p. 69. et hanc notam dedisset emaculatam, si viro eximio, quae ad *Harpocr.* congesserat, elaborare licuisset, et copiosam de inquilinis materiam decenter exponere. Ut emendationis reddam rationem, quaedam de iis sunt delibanda. *Μέτοικος*, ut inde incipiam, auctore *Amm.* dicebatur ὁ μετοικήσας εἰς ἑτέραν πόλιν ἐκ τῆς ἑαυτοῦ, *inquilinus, qui patria urbe relicta in aliam migravit.* Rectius *Hesychius*: Μέτοικοι, οἱ ἐνοικοῦντες ξένοι ἐν τῇ πόλει, *peregrini, qui in urbe, Athenis* puta, *sive Attica, fortunarum sedem fixerant.* Inter alia deteriora bona notat *Schol. Soph.* ad Oed. Col. v. 927. ubi cum *Suida* veteres Edd. sunt conferendae. Qui *Hesychii* verba modo adducta protulerunt, quae illis notatu inprimis digna subiiciuntur: μετανάσται δημόσιοι, fere praetereunt, cum tamen antiquum fuisse videatur inquilini nomen μετανάστης· egregie huc facit *Sophoclis* locus in Oed. Col. v. 941. et 942. ubi in Scholiis pro εὐγενῆ legendum ἐγγενῆ. et conferendus est eiusdem *Tragici* locus in Oed. Tyr. v. 460. Contumeliose semet ab Agamemnone habitum, inpatienter ferebat Achilles apud *Hom.* Il. *I.* v. 642. Elegantem locum, quo indignabundi voces continentur, sibi in memoriam revocari, Lector moleste non feret:

Ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότ' ἐκείνων

Μνήσομαι, ὥς μ' ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν
Ἀτρείδης, ὡσεί τιν' ἀτίμητον μετανάστην.

111 Pro vulgata in *Homeri* Edd. lectione *ἐκείνου Μνήσομαι, ὅς μ' ἀ.* poſui *ἐκείνων Μ., ὥς μ' ἀ.* fideliter Codicis MS. *Lugd. Bat.* ſcripturam repraeſentans. *Homeri* verba Vetus *Interpres* MS. hunc ad modum expreſſit: *πληροῦται, ὀγκοῦται ἡ καρδία τῇ ὀργῇ, ὅταν μνησθήσωμαι, πῶς με ἀδόκιμον ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἔκρινεν ὁ υἱὸς τοῦ Ἀτρέως, ὥς τινα ἄτιμον καὶ μέτοικον.* Ad invidiam conciliandam apte poſuit *Poëta ἀσύφηλον·* ſcholion, ſi vel hac ratione corrigendum cenſeas: *παρὰ τὸ ἄσω καὶ φῆλος, φέναξ ἀσηρός,* ineptum quidem, in Grammatico tamen ferendum; quod propter *Barneſium* dico. Optime *Euſtathius ἀσύφηλον* p. 692. v. 23. interpretatur *μηδενὸς ἄξιον·* idque in *μετανάστην* peropportunum. *Demoſth.* contra Calipp. p. 719. C. *maluiſſes*, inquit, *me pecuniam iſtam accepiſſe*, *ἢ τὸν μέτοικον ἄνθρωπον καὶ ἐν Σκύρῳ κατοικοῦντα καὶ οὐδενὸς ἄξιον.* Peregrini Athenis *τὸ μηδὲν σχεδὸν ἦσαν*, uti ſcribit ad dictum *Homeri* locum *Euſtathius.* eodem reſpiciens *Scholiaſta ἀτίμητον* reddidit *τὸν ἐν τιμήματι πολιτείας οὐ συναριθμούμενον.* Quam miſera fuerit Athenis inquilinorum conditio, vel ex Comicorum iocis diſci poteſt, qui hos homines ſibi frequentiſſime ſumſerunt petulanter deridendos, qua de re nonnulla ſcribit ad *Ariſtoph.* Lyſiſtr. v. 580. *Flor. Chriſtianus.* De nomine *σκαφηφόρων*, quod iis inditum fuiſſe dicit *Amm.*, et adfinibus etiam, multa notarunt *Petitus* ad LL. Att. p. 25. 26. *Vales.* ad *Harp.* in *Σκαφηφόροι. Commentatores* ad *Aelian.* V. H. VI. c. 1. p. 442. et 443. et *Meurſius* citatus *Perizonio*, cuius cum ultima nota conferri debet *Caſaub.* ad *Ariſtoph.* Eq. v. 346. Unum habebant Opt. Max. Iovem, quem a potentioribus preſſi querelis fatigarent, teſte *Phrynicho* in Sophiſt. Appar. MS.
112 in Bibl. *Coislin.* p. 467. Quod in fine obſervationis huius docet *Amm. πολλάκις δὲ καὶ συνεστράτευον τοῖς Ἀθηναίοις*, apud alios non memini me legere. Huius rei exemplum habes apud *Thucyd.* II. c. XIII. ubi vide Cl. *Dukerum.* Porro debebant *μετοίκιον τιθέναι. Demoſth.* III. in Aphob. p. 560. C. *Μεγάραδ' ἐξῴκηκε, κἀκεῖ μετοίκιον τέθεικεν.*

Quotannis finguli folvebant, fi receptae in *Amm.* lectioni credere licet, *μετοικίου δραχμὰς δέκα*, ubi ad exemplum *Petiti* ad LL. Att. p. 170. et *Meurfii* ad *Hefych. Milef.* p. 177. reponi poffet *δώδεκα*, fed cum ea res exploratiffima non fit, adfenfum etiam fuftinere malo. Ab hoc tributo perfolvendo immunes inquilini dicebantur *Ἰσοτελεῖς*, atque ita ad priorem loci, in quo verfamur, partem fumus delapfi.

Quanquam eiusdem originis honore non facile quemquam dignabantur Athenienfes, fi qui tamen ex infima hac plebe praeftanti virtute fefe emergerent, hi a fordidis operibus, quibus capite cenfis inferiores admovebantur, liberi, *μετοίκιον* non folvebant, et pari cum civibus honore, iisdemque privilegiis fruebantur, dicti propterea *Ἰσοτελεῖς*. *Harpocrat.* locum fufe enarrat *Petitus*. *Timaeus* Lex. *Platon.* *Ἰσοτελὴς, ὁ χωρὶς ζημίας ἐπιδημῶν ἴσα τοῖς πολίταις.* *Cyrillus* in Lex. MS. *Ἰσοτελεῖς, ἴσα τοῖς ἀστοῖς, οἵ ἐστι τοῖς πολιτικοῖς, τέλη διδόντες.* Apud *Demofth.* contra Lacrit. p. 593. B. teftimonium dicit *Θεόδοτος ἰσοτελὴς*, quem Theodotum virum optimum fuiffe et virtutis exploratae fenem aliunde conftat. Singulare autem *ἰσοτελείας* beneficium discrimen inter cives indigenas et hosce *ἰσοτελεῖς* minime tollebat, quod fcribit *Budaeus* in Comm. L. Gr. p. 1089. v. 15. eatenus verum eft, quatenus hi fere dice- 113
bantur *Ἰσοτελεῖς μέτοικοι*. Haec fuit ratio, cur *Scaligeri* emendationem in *Amm.* textum receperim: *Ἰσοτελὴς μὲν γὰρ ὁ τετιμημένος μέτοικος ἐν τῷ ἴσῳ τάγματι τοῖς πολίταις.* apud *Hefychium* etiam *ἰσοτελεῖς μέτοικοι*. Confer notam fummi *Hemfterhufii* ad *Pollucis* librum VIII. extremam. Apud *Poll.* VIII. 155. ad ductum MS. *Iungermanni* reponi poffet: *ἰσοτελὴς μέτοικος, ὁ τιμηθεὶς κ. τ. λ.* Ad rempublicam adminiftrandam accedere ipfis non licuiffe, praeter *Amm.* *Thomas* etiam *M.* adnotavit in *Ἰσοτελῆ*. Hi *Ἰσοτελεῖς* a nonnullis dicti videntur *Ἀστόξενοι*. Vide *Hefychium* in v. et *Mofchopulum περὶ σχεδῶν* p. 119. ubi pro *Αὐτόξενος* omnino etiam *Ἀστόξενος* emendari debet.

CAPUT VIII.

'Ιστοπέδη, modius. Ληνίς. Alcaei locus tentatur. Arbor mali restitutum Hygino. 'Ιστοπέδη et 'Ιστοδόκη diverso usui inserviunt. Schol. Hom. et Cyrilli Lex. emaculantur. Καταβολὴ, pensio, eleganter pro εἰσβολὴ usurpatur.

'Ιστοδόκη καὶ 'Ιστοπέδη διαφέρουσιν.] *Ioannes Schefferus*, homo eruditus et diligens, in libris de Militia Navali non memorat '*Ιστοπέδην*. Ea non erat diversa a *modio*, sive foramine in media navi, cui mali erecti pars inferior (*πτέρναν* vocabant) inserebatur. *Μεσόδμην* adpellant *Orpheus* Argon. v. 1150. et *Apoll. Rhod.* apud *Rutgers.* Var. Lect. VI. c. VI. *Ammonii* verba sunt: '*Ιστοπέδη*, ὁ ἐν μέσῳ
114 τῆς νεὼς κοῖλος τόπος, (τινὲς δὲ *Ληνίδα* καλοῦσιν,) εἰς ὃν ὁ ἱστὸς ἐντίθεται. Priorum Edd. lectionem *Λινίδα* ad *Scaligeri* mentem correxi; *Pollux* ληνὸν vocat, *torculare*, cui malus intorqueatur, I. 91. καὶ τὸ μὲν ὑποδεχόμενον τὸν ἱστὸν ληνός· τὸ δὲ ἐναρμοζόμενον αὐτῷ πτέρνα. ubi notat *Iungermannus*. Apud *Etymol.* p. 478. v. 28. etiam *Λινίδα* reperitur; quod nihilominus eadem ratione emendant *Sylburgius* et *H. Stephanus*, qui in Thes. indice ad v. ἱστοπέδη *Etymologi* verba adposuit. *Homeri* locum, qui deficit in *Etymol.* edito, MS. Leidensis suppeditat: οἷον ἀλλά μ' ἐνὶ (L. με) δεσμῷ δήσατ' ἐν ἀργαλέῳ, ὀρθὸν ἐν ἱστοπέδῃ. Aptior enimvero isti usui adferendo locus videatur *Alcaei* apud *Heraclit.* de Allegor. *Homer.* p. 413,

—— —— —— —— κοίλαν
Πὰρ μὲν γὰρ ἄντλος ἱστοπέδαν ἔχει.

Ita isto in loco legendum censeo, κοίλαν pro καλάν· sensu plano et expedito, ἄντλος παρέχει κοίλαν ἱστοπέδην. sive, ut Lyrici sententiam verbis *Homericis* exponam ex Od. *M.* v. 410.

—— ἱστὸς δ' ὀπίσω πέσεν, ὅπλα τε πάντα
Εἰς ἄντλον κατέχυνθ'. —— —— ——

Ubi apud *Hom.* Od. *M.* v. 161. sese iubet constringi Ulysses

ὀρθὸν ἐν ἱστοπέδῃ· posterior potius locum habet, quam tradit *Eustathius*, expositio: p. 472. Ἱστοπέδη δὲ, inquit, ὁ τόπος, ᾧ ἐντίθεται ὁ ἱστὸς, ἢ ξύλον ὀρθὸν, ᾧ προσδέδεται ὁ ἱστός. non aliter cepit *Hyginus* fab. 125. *Ulysses* — *sociis cera aures obturavit, seque ad arborem malum constringi iussit:* ubi legendum puto: *ad arborem mali.* 115
Hesych. Ἱστοπέδη, ξύλον ὀρθὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης, ᾧ προσδέδεται ὁ ἱστός. ubi pro τραπέζης non inmerito forsan τρόπεως reponi volebat *Guietus*. *Basilius Patricius* in Naumach. editus a *I. A. Fabricio* Bibl. Gr. Vol. VIII. p. 140. Τῆς δὲ πλεούσης μέσον ἐπὶ τῆς τρόπιος προσαρμόζεται ἡ τράπεζα, (ita vocat τὴν ἱστοπέδην sive *modium*) ἧς ἐντὸς ὁ ἱστὸς ἵσταται, ἤτοι τὸ κατάρτιον. Recte autem *Ammonius* ab aliis temere confusa ἱστοπέδην et ἱστοδόκην discernit. Ἱστοδόκη erat *receptaculum*, ἐφ' ἧς ὁ ἱστὸς κατακλίνεται, in quo malus finita navigatione demissus ponebatur. *Schol. Hom.* Il. *A.* v. 434. Ἱστοδόκῃ, τῇ ὑποδεχομένῃ τὸν ἱστὸν ἱστοδόκῃ. scribe: ἱστοθήκῃ. *Etymologus* MS. Ἱστοδόκη, ἡ ὑποδεχομένη τὸν ἱστὸν ἱστοθήκη τὶς οὖσα, παρὰ τὸν ἱστὸν, ὃ σημαίνει τὸ ἄρμενον. —— καὶ τὸ καλούμενον ὑπὸ τῶν ναυτῶν (*Schol. Hom.* ὑπὸ τῶν ναυτικῶν, *a rei navalis peritis*) κατάρτιον. Ἱστοδόκης autem meminerunt plurimi.

Καταβολὴ καὶ Εἰσβολὴ διαφέρει. Καταβολὴ μὲν γὰρ, ἡ ἔκτισις τοῦ εἰσφερομένου ἀργυρίου· Εἰσβολὴ δὲ, περίοδος τοῦ πυρετοῦ.] Cum *Ammonio* facit *Cyrillus* in Lexico MS. Καταβολὴ καὶ Εἰσβολὴ διαφέρει. Καταβολὴ μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἔκθεσις κατάθεσις τοῦ εἰσφερομένου ἀργυρίου· Εἰσβολὴ δὲ, περίοδος τοῦ πυρετοῦ. ubi legendum videtur Καταβολὴ μ. γ. ἐ. ἡ ἔκτισις ἢ κατάθεσις. Καταβάλλειν ἀργύριον, *pecuniam statuto tempore repraesentare.* Hinc Καταβολὴ *pensio* exponitur in *Glossis*. *Pollux* VIII. 157. τέλος, καταβολὴ, εἰσφορά. et IX. 31. καταβολὴ τέλους. libro III. 94. ἀποφορὰ ἡ τῶν φόρων καταβολή. *Auctor* orat. contra Neaeram p. 521. C. καταβάλλειν τὰς καταβολὰς εἰς τὸ βουλευτήριον. *Demosthenes* Timocratea p. 474. C. αἱ τῶν τελῶν καταβολαί. adv. Pantaen. p. 627. A. τὸ 116

ἀργύριον —— ὃ ἔφερε καταβολὴν τῇ πόλει τοῦ μετάλλου. *Libanius* in Argumento orat. Ariſtogit. p. 490. δύο μὲν δὴ καταβολὰς ἀπήνεγκε. Frequens uſus vocis παρακαταβολή. Apud *Etymologum* in Ἀῤῥαβὼν habes προκαταβολὴ ὑπὲρ ἀσφαλείας. Porro Εἰσβολὴ ſecundum *Ammonium* dicebatur περίοδος τοῦ πυρετοῦ. Conf. *Foeſius* Oecon. *Hippocrat.* Verum eo ſignificatu venuſtiſſime etiam Καταβολὴ adhiberi ſolet, et quidem a probatiſſimo *Platone. Timaeus* Lex. *Plat.* Καταβολὴ, περιοδικὴ λῆψις τοῦ πυρετοῦ. Recte *Thomas M.* καταβολὴ δὲ καὶ ἐπὶ νόσου, qui *Ariſtidem* auctorem citat. *Demoſthenes* περίοδος ἢ καταβολὴ πυρετοῦ Philipp. III. p. 47. C. nonam Philipp. vocat *Harpocration*, hunc uſum eleganter exponens in Καταβολή. *Galenus* Gloſſ. *Hippocr.* Κατηβολῆσι, περιοδικαῖς ἀρχαῖς παροξυσμῶν. Ea ratione *Charterius* hunc locum vulgavit, quem praeter alia dabit *Iungermannus* ad *Poll.* I. 16. n. 13.

CAPUT IX.

Ἄγμα, fractum, et Κάταγμα. Suidas emend. Eiusdem error a Phavorino animadverſus. Tracta lanea, κατάγματα ἐρίου. Timaei Lex. Platon. corrigitur. Super Apollonii Rhodii loco coniectura. Scholia mendo liberantur.

Κάταγμα καὶ Κάταγμα διαφέρει. Κάταγμα μὲν ἐκτεταμένως, τὸ κατεαγὸς καὶ συντετριμμένον· Κάταγμα δὲ βραχέως, τὸ τοῦ ἐρίου ἕλκυσμα.] Huius obſervationis emendatam ſcripturam debemus *Scaligero*; et quia obſer-
117 vatio non eſt inelegans aut protrita, iuvat ei inhaeſiſſe. Ab Ἄγειν, in veteri lingua *frangere*, ἄγμα, *fractum*. *Euſtathius* ad Od. *A.* p. 32. v. 16. ἄγειν λέγεται καὶ τὸ κλᾷν, ὅθεν καὶ ἄγμα τὸ σύντριμμα. hinc κάταγμα *Ammonio* τὸ κατεαγὸς καὶ συντετριμμένον. Vide *Heſychium* in Ἄγμα. *Vetus Auctor* ἄγματα ἀμφορέων apud *Suidam*, qui ἄγμασι exponit κλάσμασι, τροπαῖς. ubi legendum crediderim τρύπαις. ſic ἄγματα ἄρτου dici potuerunt. *Lucilio* apud *Nonium* in v. *Interfici* p. 449. *fragmenta panis.*

Hesychius: Βάγος, κλάσμα ἄρτου· alibi τρύφος. Apud *Eundem* in Ἀκτή· —— ἀκτὴν δὲ τὸ τελευταῖον τοῦ ἀλφίτου κάταγμα καλεῖν εἴωθεν Ὅμηρος διὰ τὴν κάταξιν. Pleniori forma optimae *Glossae:* Κατέαγμα, *fragmentum.* Obferva mecum *Suidae* errorem, qui ad Ἄϊαγμα adfcripferit, θρῆνος καὶ σύντριμμα, quum pofterius absque ulla dubitatione ad Ἔαγμα debuiffet referri, quod a *Kustero* non videtur animadverfum. Laudanda hac in parte diligentia *Phavorini:* Ἄϊαγμα, θρῆνος, διὰ διφθόγγου. Ἔαγμα δὲ τὸ σύντριμμα, διὰ τοῦ ε ψιλοῦ. Porro *fracta* five potius *tracta lanea* Κατάγματα etiam dicebantur. *Ammonius;* Κάταγμα δὲ, βραχέως, τὸ τοῦ ἐρίου ἕλκυσμα. Quod in prioribus editionibus legebatur ἔργου ἕλκυσμα, id ex perverfa pronunciandi ratione fuerat ortum. Ξαίνειν, καὶ κατάγειν, καὶ κερκίζειν, iunxit *Plato* in Sophifta p. m. 99. κατάγειν id eft, quod latine dixeris *deducere.* *Hesychio* Κατάκτρια, ἐριουργὸς, quae, interprete *Catullo*, carm. LXIV. v. 312.

—— —— —— *deducens fila supinis*
Formabat digitis. —— ——

Non eft, quod hanc *deducendi* five devolvendi poteftatem pluribus adferam. Κατάγματα ἐρίου funt *tracta lanea*, docente Ill. *Scaligero* ad *Tibull.* p. 143, 144. qui copiofe hanc rem illuftrat: quae *Lindenbrogius* ad Catal. p. 316. et *Salmas.* in *Tertull.* de pall. p. 208. notaverunt, paucula tantum funt. Κάταγμα exemplis firmavit *Arnaldus* nofter Lect. Gr. p. 77. quibus adde *Platonem* in Politico p. 126. τῶν περὶ ξαντικὴν ἔργων μηκυνθέν τε καὶ σχὸν πλάτος λέγομεν εἶναι κάταγμά τι. Ad hunc forte *Platonis* locum referenda *Timaei* nota in Lex. *Platon.* MS. in Bibl. *Coislin.* p. 479. Κάταγμα, ἱερὸν πλάσμα καὶ μήρυμα. Emenda: Κάταγμα, ἐρίου κλάσμα· quamvis etiam in *Timaei* loco legi poffet σπάσμα. Apud Suidam in v. κατάσπασμα, ἐρίου emendavit *Kusterus*, et ante *Kusterum* *Aem. Portus.* *Hesychius:* Κατάγματα. μηρύματα ἐρίου ἢ κατασπάσματα. Mendofe vulgatur καταπ. et μηρύγματα. *Pollux* VII. 29. κάταγμα. τὸ δ' αὐτὸ καὶ μήρυμα. ubi notant Eruditi com- 118

mentatores. *Etymologus:* Ἀμήρυτον, τὸ ἀτέλεστον· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀπὸ τῶν ἐρίων μηρυμάτων. Coniecturam proponam super *Apollonii Rhodii* loco, quem respicit *Etymologus*, Argon. II. v. 221. ubi conqueritur Phineus:

—— οὐ γὰρ μοῦνον ἐπ' ὀφθαλμοῖσιν Ἐριννὺς
Λὰξ ἐπέβη, καὶ γῆρας ἀμήρυτον ἐς τέλος ἕλκω.

Non placet in *Apollonio* γῆρας ἀτέλεστον (ita recte ἀμήρυτον interpretantur Vett.) εἰς τέλος ἕλκειν. Et facile mihi persuadeo, poëtam scripsisse:

—— —— γῆρας ἀμήρυτον ἄθλιος ἕλκω.

119 Eadem hac opera e *Schol. Apollonii* verbis vocem ἀμήρυτον explicantis vitium eluam: Ἀμήρυτον. γράφεται καὶ Ἀμήρυον· τοῦτ' ἔστιν, ἀτέλεστον, καὶ διηνεκῶς ἐπιμένον, ἀπέραντον. Ubi ἀμήρυον tanquam varians lectio videtur poni, quod quominus credam, insignis facit istius Grammatici doctrina. Itaque pro Ἀμήρυον scribendum censeo Ἀνήνυτον, hac ratione: Ἀμήρυτον. γράφεται καὶ Ἀνήνυτον, τοῦτ' ἔστιν. Ad eam rem multa dici possent.

CAPUT X.

Κανθαρίζειν nihili est vocabulum. Ταυθαρύζειν ex Grammaticis emendatis adseritur. Theopompi Ταυθαρυστὸς reponitur in Hesychio. Γῆρα τονθορίζειν apud Aristoph. illustratur. Τονθορύζειν et Ταυθαρύζειν significatu non sunt diversa. Lat. Titubare. Glossae Philox. emaculantur. Τονθολυγεῖν de aquarum murmure. Trepidare. Versus e Copa corrigitur.

Κανθαρίζειν καὶ Τονθορίζειν διαφέρει. Κανθαρίζειν μὲν γὰρ λέγουσιν Ἀττικοὶ τὸ τρέμειν· Τονθορίζειν δὲ τὸ ψιθυρίζειν καὶ γογγύζειν] Crede mihi, verbum Κανθαρίζειν Athenis plane fuit inauditum, et sine ullo dubio corruptum est; quod enim apud *Phavorinum* et recentiores *Lexicographos* reperiatur, nemo mirabitur, qui omnes uno *Ammonii* loco deceptos fuisse noverit. Spreta literarum serie, cui religiose semper in Grammaticis non est

inhaereſcendum, confidenter repone: *Τανθαρύζειν καὶ Τονθορύζειν διαφέρει. Τανθαρύζειν μὲν γὰρ λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ τὸ τρέμειν. Ammonii* Lexicon olim *ἄτακτον* a 120
recentioris aevi Grammatico ad ordinem Alphabeti fuit diſpoſitum; hinc repetenda eſt vitii origo. Ubi ſemel tremulus vocis ſonus animo occurrit, et *Ennianum* ex Annali II.

At tuba terribili ſonitu taratantara dixit.

uti fieri ſolet, plurima mox praeſto fuere, quibus verbum *Τανθαρύζειν* firmari, et in priſtinas ſedes reduci poſſet. Veterum formarum index praeſtantiſſimus *Heſychius: Ἐτανθόριζον, ἔτρεμον.* Lege: *Ἐτανθάρυζον.* Eodem auctore Dores, *ρ* in *λ* mutato, *τανθαλύζειν* uſurpabant: *Τανθαλύζει, τρέμει· Δωριεῖς. οἱ δὲ, σπαίρει. Idem: ΤΑΝΘΑΡΥΣΤΟΣ, ὁ τρόμου παρασκευαστικός.* Literis maiuſculis hanc vocem expreſſi, ut vitii origo et vera ſcriptura *ΤΑΝΘΑΡΥΣΤΟΣ* ſimul Lectoris oculis obverſarentur. *Pollux* V. 98. *τανθευριστοὶ ὅρμοι παρὰ Θεοπόμπῳ τῷ Κωμικῷ, ὧν κατεκρέμαντο λίθοι τινὲς, ὡς ἀπὸ τῆς κινήσεως ὠνομάσθαι.* Quod e MSS. proferunt *κανθειρυστοὶ,* nihili quidem vocabulum, ad *Ammonium* tamen non parum facit. Unus *Kühnius* rem acu tetigit, et ſagaciter animadvertit *τανθαρυστοὶ ὅρμοι* legendum, ſimul indicans, noviſſe ſeſe verbum *τανθαρύζω, tremo.* Quod a *Salmaſio* edoctus e *Suida* profert *Iungermannus Ταονθαρίζειν, τρέμειν,* id minus auſpicato in *Τονθορίζειν* mutatum voluit *Kuſterus.* In MS. *Suidae* Codice *Lugduno-Batavo*

o o

legitur *Τάονθαρύζειν.* Credibile in veteri libro *Τανθαρύζειν* reperiſſe *Suidam,* indicio, utroque modo id verbi fuiſſe pronunciatum. Excutiam loculos meos. *Heſychius: Τονθορύκτρια, ἡ τοὺς σεισμοὺς ποιοῦσα.* Vetus lectio fuit *Τανθαρύκτρια. Idem: Ἐκτανθαρύω, τρέμω.* Errantem *Sopingium* non moror, et lego: *Ἐκτανθαρύζω.* Haec, 121
niſi fallor animi, pleraque omnia ſunt, quae de verbo *Τανθαρύζειν,* ex *Heſychio,* aut etiam aliunde, adferri poſſent. Cogitet forſitan quiſpiam id verbi reſtituendum *Ariſtophani* Acharnenſ. v. 683.

Τονθορίζοντες δὲ γήρᾳ τῷ λίθῳ προσέσταμεν.

Neque Latina interpretatio, neque *Scholiaſtae* expoſitio hic, fateor, locum facile repererint, et, ſi *Ammonio* meo ſit auſcultandum, *τανθαρύζοντες* fuerit ſcribendum, quo e Scholiis *ὑπότρομοι* etiam referri poſſet. Certe *tremulos* et *titubantes ſenum greſſus* in hac voce reſpicit *Ariſtophanes*,

Οἷς Ποσειδῶν Ἀσφάλειός ἐστιν ἡ βακτηρία.

In *Auſonii* epiſt. XII. forſan ſcribendum:

—— —— *τρομερὴ λάβε βῆμα ſenectus*,

pro *βλέμμα*. *Euripides* Phoen. v. 310.

Γήρᾳ τρομερὰν ἕλκω ποδὸς βάσιν.

Apollon. Rhod. II. v. 200.

—— —— *τρέμε δ' ἅψεα νισσομένοιο*
Γήρᾳ —— —— ——

Verum recepta in *Ariſtophane* ſcriptura omnino ſervari debet. *Τονθορίζειν*, quamquam ſecus fuerit *Ammonio* viſum, nihil aliud eſt quam *τρέμειν*. Quid, amabo, mi *Ammoni*, *ψιθυρίζειν καὶ γογγύζειν*; nonne *tremulo labiorum motu murmurare?* ita opinor. *Schol. Ariſtoph.* l. c.
122 *τονθορίζοντες, λάθρα φθεγγόμενοι, — τὰ χείλη κινοῦντες*. *Ariſtaen.* II. epiſt. 3. *ἠρέμα τὼ χείλη κινεῖ, καὶ ἅττα δήπου πρὸς ἑαυτὸν ψιθυρίζει*. *Lucianus* in Hermotimo T. I. p. 504. *τὰ χείλη διεσάλευες, ἠρέμα ὑποτονθορύζων*. ſive tu dixeris, verbo *τονθορύζειν* indicari tremulum, ſive etiam ſenilem vocis uſum, haud obnitar. *Agathias* Anthol. VII. ep. 70.

Χείλεα βαμβαίνει φθέγματι γηραλέῳ.

Heſychius: Βαμβαίνων, τρέμων τοῖς ποσὶν ἢ τοὺς ὀδόντας. Recte; utramque iſtam poteſtatem praeſtat Latinum *titubare*. Vide Nonium p. 182. *Claudian.* de Raptu III. v. 155. *Succidui titubant greſſus.* Cogita *Terentianum: ne quid titubet.* Optimae *Gloſſae: Trepidat, Titubat*, — *βαμβαίνει*. In iisdem reperies: *Vacillant*, *Λεκανίζουσι, βαμβαινουσιν*. *Vulcanius*, *Caſaubonus* et *Bochartus*

Hieroz. P. 1. L. III. c. XXVIII. vocem *λεκανίζουσι* tentarunt: nemo, abſit invidia, veram emendationem protulit. Repone *Λακωνίζουσι.* Eaedem *Gloſſae: Titubo, Σφάλλομαι, Λακωνίζω, γλώσσῃ βαμβαίνω. Ez. Spanhemius* ad *Ariſtoph.* Ran. v. 759. nonnulla obſervans ad vocem *τονθορύσας,* citat ex *Athenaeo Pherecratis* verſum, ubi *ποταμοὶ μέλανος ζωμοῦ πλέοι*

Διὰ τῶν στενωπῶν τονθολυγοῦντες ἔῤῥεον.

cui loco a ſe producto ad Il. *P.* p. 1126. ſubiungit *Euſtathius: ἤγουν ποιὸν ἦχον ἀποτελοῦντες, ὅθεν ἴσως καὶ τὸ τονθορύζειν.* Quidni etiam ibi *τονθολυγοῦντες trepidantes* redderetur? Tremulum aquarum murmur *trepidandi* notione non invenuſte exprimi ſolet. *Horat.* II. Carm. Od. III. v. 22.

—— —— obliquo laborat 123
Lympha fugax trepidare rivo.

Incertus Auctor in Copa Catalect. p. 93.

Eſt trepidans rauco murmure rivus aquae.

Ita lego pro *ſtrepitans,* quod vulgatur. Denique obſervandum, verbum *τονθορίζειν* ſive *τονθορύζειν* duplici ſcribendi forma aliquoties obvium. Vide *Ienſium* Lect. *Lucian.* p. 125, 126. Hinc ſuſpicabar emendandum *Thomam M.* in *Τονθρίζω.* Neque iniuria. Audi *Phrynichum* p. 66. in *Γογγυσμός· ἡμεῖς δὲ τονθρυσμὸν καὶ τονθρύζειν λέγωμεν, ἢ νὴ Δία σὺν τῷ ο τονθορυσμὸν καὶ τονθορύζειν.* ubi notat *David Hoeſchelius.*

CAPUT XI.

Καταχύσματα. Ritus Athenienſium bellaria effundendi in ſervos νεωνήτους. Schol. Ariſtoph. et Etymologicon M. emend. Καταχύματα, defuſa quaevis. Κέλυφος, Κελύφανον, et Ἔλυτρον apud Vett. promiſcue uſurpari. Luciani locus corrigitur.

Καταχύματα καὶ Καταχύσματα διαφέρει.] In ſervos aliosque recens domum ingreſſos *nuces* et alia *bellaria,*

quae *Καταχύσματα* vocabantur, effundere mos erat Athenis. Nota sunt, quae super hac re observarunt *Maussacus*, *Valesius* et *Ez. Spanhemius* ad *Aristophanis* locum ab *Ammonio* citatum in Pluto v. 768. ubi operose hanc con-
124 suetudinem declarat *Scholiasta*, e cuius nota leve vitium non fustulerunt *Valesius*, aut *H. Stephanus*, qui multa ad hanc rem praecepit in Thes. Gr. T. IV. p. 500. In scholiis vulgatur: *περὶ τὴν ἑστίαν τὰ τραγήματα κατέχεον εἰς σημεῖον εὐπορίας*. ubi scribi debet *παρὰ τὴν ἑστίαν* ex *Aristoph.* ibid. v. 795. Hac etiam in parte *Suidas* MS. differt ab editis. quod enim in his offendas: *παρὰ τὴν ἑστίαν τραγήματα καταχέειν εἰς σημεῖον εὐετηρίας*, ita praefert MS. *π. τ. ἑ. τ. κατέχεον εἰς σημεῖον εὐεκτηρίας*. Eodem in libro extat: *τῶν νέων ἢ τῶν δούλων τῶν πρῶτον εἰσιόντων εἰς τὴν οἰκίαν*. quod ad *Scholiasten* propius accedit; modo posueris *νεωνήτων*. Conf. *Fulv. Ursinus* in *Virg.* Eclog. VIII. v. 30. p. 62. et *Ios. Scaliger* ad *Catull.* p. 59 et 60. Hinc forsitan illustrari potest is Atheniensium ritus, quem copiose exposuit *Meursius* in Graecia Fer. v. *Πυανέψια*. Circa ramum, quem in hoc festo gestabant pueri, varii generis bellaria pendebant. Etymologici M. *Auctor* p. 303. v. 23. *Καταχύσματα δὲ καὶ κύλικα οἴνου κεκραμένην καταχέοντες αὐτῆς ἐπιλέγουσιν· Εἰρεσιώνη κ. τ. λ.* Versiculos, quos cantabant, emendatos exhibuit *Is. Vossius* ad *Melam* I. XV. p. 78. Versuum ultimus,

Καὶ κύλικ' εὔζωρον οἴνου μεθύουσα καθεύδει.

auctoritate *Etymologi* MS. hac ratione corrigendus est:

Καὶ κύλικ' εὔζωρον, ἵνα καὶ μεθύουσα καθεύδῃ.

Pro *καταχύσματα* in scripto libro reperire licet *καταχύματα*, litera *σ* detrita. Auctore *Ammonio* *Καταχύματα* usu latiori quaevis dicebantur *defusa*: *Καταχύματα μὲν γὰρ*
125 *χωρὶς τοῦ σ τὰ καταχεόμενα ὕδατα*. Scribendi differentiam veteres haud videntur observasse. *Philoxenus* sub *Platonis* Comici testimonio citatus *Athenaeo* I. p. 5. C.

Βολβοὺς μὲν σποδιῇ δαμάσας καταχύσματι δεύσας
Ὡς πλείστους διάτρωγε. —— —— ——

Schol. Ariſtoph. ad Aves v. 535. *κατάχυσμα* interpretatur *ζωμόν*. *Poll.* VI. 56. *ζωμοῦ καρίκην, καταχύσματα.* adde ex §. 58. verſum *Pherecratis*, et *Philonidae* apud *Athen.* II. p. 67. E. quibuscum conferri poteſt *Archeſtrati* locus apud *Eundem* XI. p. 399. E.

Κέλυφος, Κελύφανον, καὶ Ἔλυτρον διαφέρει.] Iſtarum vocum, quam tradit *Ammonius*, differentia plerisque olim fuit incognita. Ad mentem *Ammonii Pollux* VI. 51. *εἴποις δ' ἂν ὀστρέων κελύφη. Heſychius*: *Κέλυφος, ὀστέον λεπτόν.* Lege: *ὀστρέων λέπυρον.* addit: *κυρίως δὲ καὶ τὸ τῆς ὀπώρας καὶ τῶν δένδρων.* huc refer quae Index Theſ. *H. Stephani* ſuppeditabit. *Schol. Ariſtoph.* Veſp. v. 543. *Κελύφη δὲ, τὰ τῶν ὠῶν καλύμματα.* E quibus facile patet, uſum vocis non arctis adeo limitibus fuiſſe concluſum. De navi, cui mortuum nautam incluſerant, facete *Antiphilus* Anthol. I. c. LVI. ep. 3.

Τοὶ δὲ κέλυφος ἔκλεισαν ἐπ' ἀνέρι, τόφρα γεραιὸς
Πλώσῃ ἐπ' οἰκείης εἰς ἀΐδην ἀκάτου.

Auctor porro eſt *Ammonius*, *Κελύφανον* dicendum *ἐπὶ τῶν τραγημάτων καὶ ὀσπρίων.* Corrige *Lucianum* Ver. Hiſtor. L. II. p. 687. *τὰ γὰρ πλοῖα ἦν αὐτοῖς* (Caryonautis) *κελύφανα, καρύων ἡμίτομα, κεκενωμένα.* Corrige, inquam, 126 vocabuli unius transpoſitione: *κελύφανα ἡμίτομα, καρύων κεκενωμένα.* In ſcholiis reperio: *κελύφη καρύων, κελύφανα,* quod poſtremum prioribus forſan praeponendum. *Ἔλυτρον* denique ſecundum Noſtrum, *τὸ ὑγρῶν χώρημα,* (ita videtur legendum pro *ὑγρὸν*,) *liquidorum receptaculum. Moſchopulus*: *Ἔλυτρον, τὸ σκέπασμα, κυρίως δὲ ἐπὶ κυκλοτερῶν τινῶν, οἷον καρύων ἢ ὠῶν ἢ ἄλλων τοιούτων.* Recte. Confer *Heſychium*, *Suidam*, *Etymologum*, *Moſchop. περὶ σχεδῶν* p. 52. et *Erotianum*, e quibus plures uſus ſecundarii peti poterunt.

CAPUT XII.

Πρόκλησις et Πρόσκλησις a librariis confundi ſolent. Poſterius in Amm. ponendum. Κλῆσιν et Πρόσκλησιν non

difcernit Demofth. Κομᾷν. στρέφειν τὴν κόμην vindicatur Ammonio. Κόρυδος et Κορυδαλλὸς diftinguuntur ab Ariftoph. Gramm. Gloffae et Amm. emend. Σωτῆρος Κόρης ἱερόν.

Κλῆσις καὶ Πρόκλησις διαφέρει. Κλῆσις μὲν γάρ ἐστιν ἡ εἰς ὁτιοῦν τῶν δικαστηρίων γενομένη. Πρόκλησις δὲ ἡ εἰς Ἄρειον πάγον.] Eadem fere *Mofchopulus*. *H. Stephanus*, hac nota inductus, vocem *Πρόκλησις* ifta fignificatione in Thef. fuum recepit. Eruditiffimo etiam *G. I. Voffio* hic locus fraudi fuit. Haud raro *πρόκλησις* et *πρόσκλησις*, quamquam diverfae plane fint fignificationis, a librariis folent permutari. Apud *Poll.* VIII. 55. *πρόκλησις*
127 fcribendum videtur, non *πρόσκλησις*. Docti *Commentatores* §. 62. ad vocem *πρόκλησις* nonnulla notarunt, quam copiofe expofuit *Heraldus* Animadv. in *Salmafii* Obf. ad I. A. et R. L. VI. cap. XIV. Ex quibus abunde conftare poterit, *Ammonium* fcripfiffe: *πρόσκλησις δὲ, ἡ εἰς Ἄρειον πάγον.* Nihil hac de re monuit *Petitus*, ubi *de in ius vocando* tractat ad LL. Att. p. 314, 315. Interim *κλῆσις* et *πρόσκλησις* vix folent difcerni. Luculentus teftis eft *Demofthenes*, qui in Ariftocr. p. 437. C. *κλῆσιν* dicit *citationem in Areopagum;* talem indicari ex toto orationis argumento liquidiffimum. Deinde *Harpocration* iftum locum refpiciens fcribit: *Κλῆσις, ἡ πρόσκλησις. Idem: Πρόσκλησις, ἡ εἰς δικαστήριον κλῆσις, καὶ προσκαλέσασθαι, τὸ παραγγέλλειν εἰς δίκην. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ Ἁγνίου κλήρου.* p. 660. A. *ἡ πρόσκλησις ἐγένετο τῷ παιδὶ τούτῳ κατὰ τὸν νόμον, καθ' ὅνπερ καὶ οὗτοι προσεκαλέσαντο τὴν τουτουῒ μητέρα*, ubi de Areopago cogitari non poteft. *Demofth.* II. contra Boeot. p. 1645. C. *τραύματος εἰς Ἄρειον πάγον με προὐκαλέσατο.* malim *προσεκαλέσατο*, uti plus femel alibi. prius tamen etiam memini me alicubi legere.

Κομᾷν καὶ Κουριᾷν διαφέρει. Κομᾷν μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐπί τινος σεμνύνεσθαι τῶν καλῶς πεπραγμένων, καὶ τρέφειν τὴν κόμην.] In nota ad hunc locum coepi monere, veteres editiones praeferre *στρέφειν τὴν κόμην*, et hanc

lectionem prae ea, quam *Stephanus* in textum introduxit, placere. Non nego, propriam verbi potestatem esse *comam alendi*, sed, quae ab hac descendit, eam potius probasse videtur *Ammonius*, quippe frequentius a bonis scriptoribus usurpatam. Hunc usum verbi *Κομᾷν* 128
tetigit *Hadr. Iunius* de Coma c. 1. et post eum exsecutus est *Heraldus* Adverſ. II. c. xvi. Huc omnia refer, quae sub hac voce posuit *Cyrillus* Lex. MS. *Κομᾷ· γαυριᾷ, μεγαλοφρονεῖ, στεφανοῦται, χλοηφορεῖ, τριχῶν περιβολῇ κοσμεῖται.* Unde in hanc significandi potestatem devenerit, docebit *Daniel Heinsius* Lect. *Theocrit.* cap. X. p. 327. Etymologici M. *Auctor* p. 527. v. 7. *Κομᾷν σημαίνει ὑπερηφανεύειν· οἱ γὰρ κομῶντες εἰώθασιν ὑπερηφανεύειν.* Addo: *οἱ δὲ ὑπερήφανοι στρέφειν τὴν κόμην.* Si forte superbientis homulli imago ante oculos non obversetur, en *Rhiani* picturam adcuratissimam in *Grotii* Excerpt. e *Stob.* Floril. p. 33.

Ἶσα Διῒ βρομέει, κεφαλὴν δ' ὑπὲρ αὐχένας ἴσχει,
Καί περ ἐὼν ὀλίγος. —— —— ——

Nihil venustius; neque facile Graiae Veneres Latine tradi possunt. Vitam beatam *Max. Tyr.* Serm. XX. p. 117. comparat homini *τὸν αὐχένα πανταχοῦ περιστρέφοντι, καὶ τὰς ὄψεις πρὸς τὸν ἥλιον ἀνατείνοντι.* In eandem sententiam plura conquiri possent.

Κόρυδος καὶ Κορύδαλος διαφέρει. Κόρυδος μὲν γὰρ τὸ ὄρνεον· λέγεται δὲ γῆς ἱερόν· Κορύδαλος δέ, δῆμος Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ σωτῆρος κούρης ἱερόν.] *Alauda*, sive *Galerita*, *Κόρυδος Aristoph.* Av. v. 303. et 472. quem locum citat *Aelian.* H. Anim. XVI. 5. Confer ad utrumque locum Scholia. *Theocr.* Idyll. VII. v. 141. *ἄειδον κόρυδοι*, et epigrammatis *Auctor* Anthol. I. c. LXXVI.

Εἰ κύκνῳ δύναται κόρυδος παραπλήσιον ᾄδειν.

Frequenter *κόρυδος* dicitur *Aristoteli* Hist. Anim. VI. c. 129
1. VIII. c. xvi. et alibi. Is ipse tamen *κορυδαλὸς* etiam adhibuit, IX. c. xxv. *Κορυδαλῶν δ' ἐστὶ δύο γένη· ἡ μὲν ἑτέρα ἐπίγειος καὶ λόφον ἔχουσα.* Haec *ἐπιτυμβίδιος Theocrito.* Vulgatior est scriptura et melior *Κορυδαλλὸς*

apud *Theocr.* X. v. 50. *Hesychius:* Κορυδαλλὸς, πτηνὸν ζῶον —— ἢ Κόρυδος παρ᾽ ἐνίων. *Glossae: Bardala,* Κορυδαλλὸς, ὄρνεον, ubi, missis aliorum coniecturis, *Pardala* putem legendum. Vide *Aristot.* Hist. Anim. IX. c. XXIII. Aliam Glossam ingeniose *Is. Vossius* tentat ad *Catull.* p. 119. Quid sit in *Dositheі* Glossis Κορυδαλλὸς, *Parrumla,* alii viderint. Usum vocis Κορυδαλος pro Κόρυδος non probat *Thomas,* cuius verba lucem accipient a *Phrynicho* p. 60. Κορυδαλός. Εὐβούλου τοῦ κωμῳδοποιοῦ δρᾶμα ἐπιγράφεται οὕτως· σὺ δὲ τοῖς περὶ Ἀριστοφάνην πειθόμενος Κόρυδον λέγε τὸ ζῶον. Itaque *Aristophanem* Grammaticum hic sequitur *Ammonius*, dum Κορύδαλον fuisse scribit δῆμον Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ σωτῆρος κούρης ἱερόν. *Meursium* de Pop. Att. in v. Κορυδαλλὸς *Ammonii* locus praeteriit; suspicor, viro eruditissimo incognitum fuisse σωτῆρος κούρης ἱερόν. Corrigendum: ἐν ᾧ Σωτείρας Κόρης ἱερὸν ex schedis *Ascalonitae* §. 156. Non aliter apud *Ammonium* reperit *Moschopulus*, cuius meminit ad *Phrynich.* p. 67. *Nunnesius,* intelligens virginis servatricis, sive Minervae, templum. Vid. *Meurs.* Cecropia c. XXVII. Neque tamen non legi posset apud *Ammonium* ἐν ᾧ Σωτῆρος Κόρης ἱερόν.

130 CAPUT XIII.

Στραγγεύεσθαι et Στρατεύεσθαι a librariis permutantur. Verbi στραγγεύεσθαι potestas. Schol. Aristoph. emend. Κύπτειν et Κυπτάζειν usu vix differunt. Monstrum vocabuli Θαστρεύεσθαι unde in Hesychii Lexicon devenerit? Eiusdem loca mendosa indicantur. Glossae corriguntur. Aginare.

Κύπτειν καὶ Κυπτάζειν διαφέρει. Κύπτειν μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐπικάμπτεσθαι τῷ σώματι· Κυπτάζειν δέ ἐστι τὸ στραγγεύεσθαι.] Eadem tradunt *Moschopulus* et *Ptolemaeus Ascalonita;* nisi quod in huius schedis §. 158. pro στραγγεύεσθαι *Fabricius* repererit στρατεύεσθαι. Vix, nisi expertus, credat, quam frequenter in his vocabulis, quae literas tantum adfines habent, temere permutandis lapsi

fuerint librarii. Erroris originem indicavit *Salmasius* de Trapez. foen. p. 778. Ne alios nunc nominem, qui mendam, si quam forte huiusce generis habuerint obviam, sustulerunt; plurimas data opera detexit et emendavit *Kusterus* ad *Suid.* T. II. p. 45. multas sine dubio intactas reliquit; et nos pro nostro modulo eius observatis paucula adiungemus. Στρὰγξ in Glossis redditur *stillicidium;* a στραγγὸς, στραγγεύω, *stillatim cado,* sive propius ad originem, *stringo. Isidori* Glossarium: *Stringina, restrictio urinae:* ea est στραγγουρία. Hinc facile fluxit ista, quae in libris obtinuit, verbi στραγγεύειν, sive media potius virtute στραγγεύεσθαι, *cessandi, commorandi, laborandi potestas.* Quod in versu ab *Ammonio* producto dixerat *Aristophanes:*

—— τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; 131

id in eadem fabula Nub. v. 131. expressit:

—— —— τί ταῦτ' ἔχων στραγγεύομαι,
Ἀλλ' οὐχὶ κόπτω τὴν θύραν;

id est: *quid cesso pulsare hoc ostium?* Quae *Schol.* et Latinus interpres adiecerunt, ea videri queant alieniora. *Machon* apud *Athen.* XIII. p. 580. E.

Στραγγευόμενον ὁρῶσα περὶ τὰς συμβολάς.

Quod vulgabatur στρατευόμενον, castissimae non ferebant *Casauboni* aures, qui elegantem verbi usum indicavit in Animadv. p. 875. v. 22. Ex his satis constare arbitror, quam sit istud verbi veteris monetae, quod recentioris aevi Grammatici sibi veluti proprium vindicaverunt. Confer, si placet, quae *Kusterus* protulit, cuius diligentiam, quod miror, fugit *Schol. Aristoph.* ad Lysistr. v. 17. Ἐκύπτασεν, ἀντὶ τοῦ ἐστράτευσεν. Κυπτάζειν ἐστὶ τὸ περί τι πονεῖν καὶ διατρίβειν. κομψῶς δὲ τῇ ἀμφιβολίᾳ καὶ * Χάριτες, καθὰ καὶ Σώφρων· Ἐνθάδε κυπτάζουσι πλεῖσται γυναῖκες. Primum omnino legendum ἐστράγγευσεν· deinde forsan: καὶ χαριέντως· καθὰ καὶ Σώφρων,

Πλεῖσται γυναῖκες κυπτάζουσιν ἐνθάδε.

e quo versiculo simul disci potest, quam exigua sit inter

Κύπτειν et productam formam *Κυπτάζειν* differitas. *Epicratis* Comici versum apud *Athen.* II. p. 59. E. contulisse non poenitebit. Adde *Suidam* in *Κυπτάζειν*· ubi solemni vitio MS. *Leidensis* pro *στραγγεύειν* praefert *στρα-
132 τεύειν*· et in fine notae *καὶ τὸ πονεῖσθαι*· quod placet prae vulgata lectione. *Hesychio* in *Ἐκύπταζον* remedium frustra quaesivi. quod aliis optimi libri locis admovebo: *Στρεύγομαι, διατρίβω.* probarem praeponi: *Στραγγεύομαι*· quia subiicitur *ἀφ' οὗ καὶ στράγξ· ἡ μετὰ* (L. *κατὰ*) *βραχὺ πρόεσις*: nisi tamen id ad priorem Glossam debeat referri: nam *στρεύγεσθαι* eo significatu ab *Homero* usurpatum, quod *Soping.* etiam monuit, Od. *M.* v. 351. qui locus nisi animo obversetur, non facile dixeris, quid sit in *Hesychio* *Θαστρεύεσθαι, ἀναβάλλεσθαι.* Inperitior aliquis vix crederet, *Στρεύγεσθαι* legendum; et tamen nihil certius. Alibi ex *Homero* Id. *Ἢ δηθὰ στρεύγεσθαι, ἐπὶ πολὺ ἀναβάλλεσθαι.* Viden' unde monstrum vocabuli *Θαστρεύεσθαι* fuerit prognatum? En alia: *Ἐρατεινεύειν, στρατεύεσθαι ἢ δυσφορεῖν.* et *Μαριγγηλλαῖ, ἀμφιπονεῖ, στρατεύεται.* Levis momenti est, monuisse *στραγγεύεσθαι* et *στραγγεύεται* scribendum, dum priores voces pristina caligine obscuratae manent. In Glossario *Philoxeni*: *Aginare, στρατεύεσθαι. Aginat, στρατεύει.* Ingeniosa est et docta *Scaligeri* ad *Festum* emendatio; vera, quam libri sui orae adleverat: *στραγγεύεσθαι* et *στραγγεύει. Aginare* est Graecum *ἀγινεῖν, circa eundem locum versari et in se veluti revolvi. Agina* est foramen, in quo trutina se vertit.' Vide *Festum. Gloss.* Lat. MS. *Aginat, fugat.*

CAPUT XIV.

Κωφὸς, tusus, obtusus. Κωφὸν βέλος. Emendantur
133 *Anacreon, Orpheus, et Apoll. Rhod. Κωφὸς et κοῦφος a scribis permutari. Κώφωσις ὀφθαλμῶν. Κωφὸς, mutus. Amm. corrigitur. Muta silentia. Statius tentatur. Ὤτων κώφωσις. Hymnus in Mercur. Homero abiudicatur. Κωφὸς, stupidus. Homericum κῦμα κωφὸν e scholio inedito exponitur. Quid sit κολόκυμα;*

Homericae locutionis imitatores. Locus e Marci Evang. illustr.

Κωφὸς —— παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἐλέγετο ὁ μὴ φθεγγόμενος.] Vocabulum Κωφὸς mihi relictum credidi, in quo exponendo aliquantulum operae ponerem; eum in finem primum adscribam *Etymologi* observationem: Κωφὸς παρὰ τὸ κεκόφθαι. Recte! sed hic gradum sisto, nam quod addit: παρὰ τὸ ἐγκεκόφθαι τὴν ὄπα, κενοπός τις ὤν, (ita MS. *Bat.*) nugax est, et Grammaticum sapit. A Κόπτω, *caedendo* ac *tundendo stringo*, Κωφὸς, *constrictus*, *obtuses*, *hebes*. Haec prima potestas usu *Homerico* cognita ex Il. *Λ*. v. 390. ubi inbellem Troianum acriter pungit Diomedes:

Κωφὸν γὰρ βέλος ἀνδρὸς ἀνάλκιδος οὐτιδανοῖο.

quum contra viri fortis ὀξὺ βέλος πέλεται. *Scholiasta* ineditus: ἀσθενὲς γὰρ βέλος ἀνάνδρου καὶ οὐδενὸς ἄξιον. Editus *Schol.* Κωφὸν reddidit ἀμβλὺ εἰς ἀλγηδόνα. Nihil castigatius *Anacreonte*, cui istum usum ex *Homero*, quem lubenter imitatur, restituo in Ode XLII.

Φιλολοιδόροιο γλώττης
Φεύγω βέλεμνα κωφά.

Irrita tela calumniatricis linguae fugito. Quod edi solet, et ab interpretibus, ac *Barnesio*, probari, κοῦφα, habet, 134
quo se tueatur, ad istam tamen elegantiam non adsurgit. Neque est, cur moneam, istas voces a librariis permutari, et in *Orphei* hymno, ubi Salii dicuntur —— ἐπεμβάται ἴχνεσι κωφοῖς, legendum κούφοις, quod *Scaligero* latuisse non est existimandum. sic et in *Apoll. Rhod.* IV. 1238. — κούφη δέ σφιν ἐπιβλύει ὕδατος ἄχνη, non κωφή. Potius vero rarior usus vocis Κώφωσις pandendus, quem, nisi quis ad originem respiciat, nullus adsequi poterit. Admove sodes *surditatem*, quam in Κώφωσις unicam potestatem agnoscunt Lexicographi, *Hippocrati*, et nugas egeris. Medicus *visum obtusum et praestrictum* vocabat κώφωσιν ὀφθαλμῶν· quod *Foesio* etiam incompertum docuit *Erotianus* in Lex. *Hippocrat.* Κώφωσις ὀφθαλμῶν] Νῦν τὴν κώφωσιν

ἐπὶ παρεμποδισμοῦ τέταχεν. κυρίως γὰρ ἐπὶ τῆς ἀκοῆς τέταχε. Perite interpretatur παρεμποδισμόν· ἐγκόπτειν enim, et primaeva venuftate ἐνικλᾷν, eft ἐμποδίζειν, *impedire.* Ea omnia, quorum fonus, et volubilis agitatio impeditur, dicta funt *tacita*, *muta*, κωφά. Maris *fluctus*, five glacie fint *conftricti*, five vento filefcente *taciti*, κῦμα κωφὸν, *mutum mare Plauto* Mil. Glor. III. I. v. 70. ad quam locutionem infra plura notabo, hic *Senecae* locum ex Herc. Fur. v. 534. fubiecisse contentus:

Calcavitque freti terga rigentia
Et mutis tacitum litoribus mare.

Ammonius, Κωφὸς, inquit, ὁ μὴ φθεγγόμενος· *mutus*, cuius organa ad loquelam formandam adfecta funt, et vinculis veluti conftricta; hinc illuftra locutionem, a qua Sacri
135 quoque Scriptores non abstinuerunt, ῥῆξαι, et ῥῆξαι τὴν φωνήν. plene *Oppianus* Cyneget. I. v. 226,

—— —— ῥῆξεν ποτὲ δεσμὰ σιωπῆς.

Quod in omnibus *Ammonii* editionibus legebatur: καὶ ἡσυχίᾳ·

Καὶ κωφοῦ ξυνίημι καὶ οὐ λαλέοντος ἀκούω.

putidum erat fcioli alicuius commentum, qui ad κύματι κωφῷ expofitionem (ἡσυχίῳ) referendam credidit. Certisfime fcribi debet ἡ Πυθία. Verfus enim fubiectus partem facit oraculi, quod fcifcitanti Croefo refpondit Pythia, et ab *Herodoto* confervatum eft, L. I. c. XLVII. Scripturae differentiam et alia dedi ad *Herennium Philonem.* Κωφὴν σιωπὴν dixit *Heraclitus* Allegor. Homer. p. 481. *Muta filentia*, *Tibullus* IV. El. I. v. 130.

Quin largita tuis funt muta filentia votis.

Corrige *Statium* Theb. II. 58.

Inde per Arcturum, mutaeque filentia Lunae,
Arva fuper populosque meat. —— ——

Vulgata, *mediaeque*, longius discedit, neque tamen conjecturae me poenitet. Κωφὴν γαῖαν *Homerus mutam* dixit Il. Ω. v. 54. ἄναυδον *Mofchion* in *Grotii* Exc. e *Stobaei* Floril. p. 515. *Alciphron* in epiftola MS. cuius copiam

mihi fecit *Iacobus Valckenaer: καὶ οἱ κωφοὶ διανεύουσι ἀλλήλοις τὸ ἐκείνης κάλλος· οὕτω γλῶσσα γίνεται καὶ τοῖς λαλεῖν μὴ δυναμένοις.* Porro *Ammonius*, *νῦν δὲ*, ait, *κωφὸς ὁ βεβλαμμένος τὴν ἀκοὴν λέγεται.* Notio certe vul- 136
gatiſſima ex alio fonte non manavit. Credibile, veteres dixiſſe: *κωφὸς τὰ ὦτα. Antiphanes* apud *Athen.* X. p. 450. F. poſuit *κωφὴν ἀκοῆς αἴσθησιν*, *conſtrictum auditus ſenſum.* Sicuti autem *Hippocrates κώφωσιν ὀφθαλμῶν*, ſic *ὤτων κώφωσιν* uſurpavit ſcriptor antiquiſſimus *Pempelus* Pythagoreus apud *Stobaeum* Tit. LXXVII. p. 461. v. 8. Obſervandum autem, hymnum in Mercurium, quem divino ore non indignum iudicabat *Berglerus*, *Homero* tacite abiudicaſſe *Ammonium:* in eo enim hymno v. 92. *Κωφὸς* de *ſurdo* uſurpatum reperies. Caeterum, quod in aliis linguis fieri adſuevit, in Graeca ſolemne, quae vocabula, in ſenſuum vitio indicando frequentata, ad rationalis mentis hebetudinem transferre amat. Eo uſu *Κωφὸς* apud *Soph.* Aiace v. 928. et *Philodem.* Anthol. I. c. XXXI. ep. 5. Neque ſenſu multum diverſo, in epigrammate necdum, quod ſciam, edito, *Meleager:*

> *Ὦ δύσερως ψυχὴ, παῦσαί ποτε· καὶ δι᾽ ὀνείρων*
> *Εἰδώλοις κάλλους κωφὰ χλιαινομένη.*

In MS. legebatur *καλλευς. Κωφὸς* *Pindaro rudis* et ab omni elegantiarum ſenſu alienus Pyth. Od. IX. v. 151.

> *Κωφὸς ἀνήρ τις, ὃς Ἡ-*
> *ρακλεῖ στόμα μὴ παραβάλλει.*

Qui Herculem laudibus non evehat, nae *is ἄμουσος* et *ſtipes aliquis* cenſeri debet. In *Cebetis* Tabula rem bene geſſit *Lamb. Bos* Obſ. Crit. cap. XXVII.

Ibid. Ὅμηρος, κύματι κωφῷ.] Verſus eſt ex Il. Ξ. 16. 137

> *Ὡς δ᾽ ὅτε πορφύρῃ πέλαγος μέγα κύματι κωφῷ.*

Quae in *Scholiis* ad iſtum locum leguntur, habentur etiam in *MS.* libro *Voſſiano*, ubi praeterea alterius *Scholiaſtae*, (ſive *Porphyrius* is ſit, cuius nomen frequenter notae praeferunt, ſive alius) adnotatio, quam integram hic exhibebo: *Πορφύρῃ, ἀντὶ τοῦ μελαίνεται, ὡς τὰ πορφύρεος θάνατος,*

ἢ κατὰ βάθους κινεῖται. πορφύρη (L. πορφύρειν) γὰρ τὸ κατὰ βάθους μεριμνᾷν. Κωφῷ δὲ, τῷ ἀφώνῳ, τῷ μηδέπω παφλάζοντι. καὶ κωφὸν ὕδωρ, τὸ ἄρριζον. κωφὴν δὲ γαῖαν, τὴν ἀναίσθητον. τοῦτο δὲ Ἀττικοὶ μολόκυμα, Αἰολεῖς δὲ σκώληκα καλοῦσι. καλῶς δὲ μελαίνεσθαι φησὶ τὸ πέλαγος, τὸ μηδέπω ὕπαφρον γινόμενον ἐκ τῶν κυμάτων παφλαζόντων. Vir illuſtris in margine poſuit μωλόκυμα· calami fortáſſis errore; nam legendum κολόκυμα, quod ab *Iſ. Voſſio*, non adducto tamen *Scholiaſta Homeri*, expoſitum in Obſ. ad *Catullum* p. 228, 229. *Fluſtrum* quid ſit, inquirit *Salmaſius* in *Tertull.* de Pall. p. 139. ſqq. Κολόκυμα ante *Voſſium* tetigit *Caſaubonus* ad *Ariſtophanis* Equit. v. 689. ubi de homine, qui magno molimine nihil agebat:

Ὠθῶν κολόκυμα, καὶ ταράττων, καὶ κυκῶν.

Apud *Polluc.* I. 109. prope accedit κῦμα κωφὸν ὑπεκινεῖτο. *Homericum* autem κῦμα κωφὸν fuit inſtar teli communis, quo ad ſtabiliendam in iſta voce *ſilentii* poteſtatem pugnarent Grammatici. Multa notavit *Theon* ad *Arati* Progn. v. 190. — κωφῆς ἁλός. Ducem quoque *Homerum* ſequitur *Apollon. Rhod.* IV. v. 153.

138 Κῦμα μέλαν, κωφόν τε καὶ ἄβρομον· ——

Orpheus Argonaut. v. 1101. — κωφὰ δὲ πόντος

Κεῖθ' — *Placidis mare conſtitit undis.*

Lucret. II. v. 559. — *ridet placidi pellacia ponti.* *Pacuvius* in Chryſe:

Flucti flacceſcunt, fileſcunt venti, mollitur mare.

Theocritus Idyll. II. v. 38.

—— —— σιγᾷ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἀῆται.

Haec propterea latius deduxi, ut lucem adderent imagini, quam *Marcus* expinxit in Evang. IV. 39. ubi divinae ſuae omnipotentiae nutu incitatas undas compeſcentem Ieſum noſtrum dicentem facit: Πεφίμωσο· quo nil grandius cogitari poteſt.

CAPUT XV.

Λέπας et Λεπάς. Prius frequens apud Eurip. Eiusdem locus ex Ino, a Scaligero emendatus, cum Pind. comparatur. Λεπάς, ostreum. leviter restituta Aristoteli scriptura. Λῆμα et Λῆμμα recte distingui. Λῆμα, animi inpetus, interdum vitio vertitur, saepe in laude ponitur. Vetus epigramma corrigitur. Ζηνὸς λῆμα pro Iove. Εὐλημματεῖν. Δηματιᾷν et Δηματίας. Suidae locus e MS.

Λέπας καὶ Λεπὰς διαφέρει. Λέπας μὲν γὰρ βαρυτόνως ἐστὶν ὄρους ἀπόσπασμα· Λεπὰς δὲ ὀξυτόνως, ἐν ταῖς πέτραις γινόμενόν τι ὄστρεον.] *Cyrillus* in Voc. acc. dift. *Λέπας*, τοῦ λέπατος, τὸ, *promontorium*. *Schol. Apoll. Rhod.* ad I. v. 1266. *Λέπη*, τὰ ἀκρωτήρια τῶν ὀρῶν, a λέπος, nifi forte putes fcribendum λέπα, τὰ, ex *Etymologo* p. 328. v. 25. qui ex *Euripidis* Orefte v. 24. adfert: *Κιθαιρῶνος λέπας*, *Cithaeronis iugum.* Monente *Euftathio* ad Il. *Δ*. p. 372. *Λέπας* notat ὀρεινὴν τραχύτητα, ἐξ οὗ καὶ λεπαία χθὼν (apud *Eurip.* Hippol. v. 1248.) τραγικῶς ἡ ὀρεινή. Voce λέπας utuntur quidem alii, veluti in Anthol. IV. c. XII. ep. 74. VI. c. III. ep. 3. at inprimis delectatus eft *Euripides*; et in Bacchis pofuit λέπας Κιθαιρώνειον v. 1043. Adde Rhef. v. 921. Herc. Fur. v. 120. Androm. v. 295. *Idem* in Ino apud *Stobaeum* Grot. p. 159. 139

> Ἴστω δὲ μηδεὶς ταῦθ', ἃ σιγᾶσθαι χρεών·
> Μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον λέπας
> Πρήσειεν ἄν τις. —— —— ——

Quem locum *Grotius Iacobo* admovit Epift. c. III. v. 5. Ἰδοὺ, ὀλίγον πῦρ ἡλίκην ὕλην ἀνάπτει. In *Schol. Pindari* ad Pythion Od. III. v. 66. fub *Euripidae* nomine legitur: *Μικροῦ γὰρ ἐκ λαμπτῆρος Ἰδαῖον σέλας Πρήσειεν ἄν τις·* ubi manifefta funt temerariae manus veftigia. *Scaliger*, ut erat divino vir acumine, ad libri fui oram ita hunc verfum emendabat:

> Μικροῦ γὰρ ἐκ σπινθῆρος Ἰδαῖον λέπας
> Πρήσειεν ἄν τις.

Tam ſum perſuaſus, ita ſcripſiſſe *Euripidem*, quam qui planiſſime. Quid enim, ſi *λαμπτῆρος* retineas, adeo in
140 hac *ῥήσει* reperias, quod mireris? Deinde, niſi legas *σπινθῆρος*, minus videatur conveniens, hunc locum cum *Pindaro* contuliſſe:

—— πολλάν τ' ὄρει πῦρ ἐξ ἑνὸς
Σπέρματος ἐνθορὸν ἀΐστωσεν ὕλαν.

Ibi *σπέρμα πυρὸς* dicit *σπινθῆρα*, ſive *πυρὸς ἀποβολήν*. Ridicula quidem, ſed in hanc rem non inutilis originatio *Etymologi* p. 724. v. 9. *Σπινθῆρες, βολίδες καὶ ἀκοντισμοὶ πυρός· παρὰ τὸ σπεῖραι πεποίηται.* Adſcribam *Scholiaſtae Pindari* notam: *ὥσπερ γὰρ, εἴ τις εἰς ὕλην πολλὴν σπινθῆρα βάλοι, οὐ μόνον ἐκεῖνο τὸ μέρος, εἰς ὃ βέβληται, κατακαίεται, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ ὕλη συγκατακαίεται.* et in eam tum ſententiam adfert verba *Euripidae*, ſatis demonſtrans ſe eam vocem legiſſe, quam, a ſciolis poſtea peſſime mutatam, *Scaliger* reſtituit. Quum vero in hunc locum me demiſi, paucis etiam altera *Ammonianae* obſervationis pars erit illuſtranda. *Λεπὰς δὲ*, inquit, *ὀξυτόνως ἐν ταῖς πέτραις γινόμενόν τι ὄστρεον. Cyrillus*, ubi ſupra: *Λεπὰς, τῆς λεπάδος, ἡ*, *genus oſtrei. Suidas* MS. *Λεπὰς δὲ, κογχύλιον εἶδος —— ὁ Ἀριστοφάνης παρ' ὑπόνοιαν· ὥσπερ λεπὰς πέτρᾳ, οὕτως ἡ γραῦς τῷ μειρακίῳ.* Recentiores *πατελλίδας*, *patellas* nuncuparunt. ita legendum videtur in *Schol. Opp.* ad Hal. I. v. 138. *Λεπὰς* firmiter petris adhaereſcit, et non niſi poſt multa conamina ferro *σχίζεται ἀπὸ τῆς πέτρας*, uti ſcribit *Aelianus* Hiſt. An. VI. c. LIV. Nativa pulcritudine *Theocritus* Idyll. I. v. 42.

φαίης κεν γυίων νιν ὅσον σθένος ἐλλοπιεύειν.

Vide *Heſych.* in *Λεπαδευόμενος·* et *Ariſtot.* Hiſt. Anim.
141 IV. c. IV. et cap. XV. ubi facete admodum, *πάντα*, inquit, *τὰ ὀστρακώδη γίνεται αὐτόματα ἐν τῇ ἰλύϊ*, et quidem *περὶ τὰς σήραγγας τῶν πετριδίων αἱ λεπάδες·* quod mox addit, *ὄστρεα φύεσθαι, τὰ μὲν ἐν τοῖς τενάγεσι, τὰ δὲ ἐν τοῖς πυελώδεσι τόποις·* id leviter corrigendum eſt, legendo: *τὰ μὲν ἐν τοῖς τεναγώδεσι, τὰ δὲ ἐν τοῖς πηλώδεσι*

τόποις. *Hesychius*: Τεναγώδεσι τόποις, ἔνθα ὀλίγον ὕδωρ. *Ostrea Lucilius* dixit Satirar. IX.

—— —— *Limum ac coenum sapere ipsum.*

Alia notavit Ill. *Ez. Spanhemius* ad *Aristoph.* Plut. v. 1097.

Λῆμα καὶ Λῆμμα διαφέρει. Λῆμα μὲν γάρ ἐστι, δι' ἑνὸς μ, τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς· Λῆμμα δὲ διὰ δύο μμ, τὸ λαμβανόμενον.] Diversae originis et potestatis vocabula discernunt etiam *Etymologus*, *Moschopulus* περὶ σχεδῶν p. 167. et *Spanhemius* ad *Aristoph.* Nub. v. 456. Alii, quos inter *Hesychius* et *Suidas*, differentia non animadversa, talia ad *Λῆμα* referunt, quae non possunt nisi ad *Λῆμμα* pertinere, frequentissime apud *Demosthenem* obvium. Saepius librariorum incuria hasce voces permutavit, quod erudite a *Graevio* ostensum ad *Luciani* Solocc. T. II. p. 739. *Ammonius Λῆμα* reddidit τὸ παράστημα τῆς ψυχῆς· quod commode interpreteris, *animi inpetum.* Sic *θάρσος Ammonio* dicitur ἡ ἔλλογος ὁρμή· *Schol. Hom.* ad Il. *E.* v. 2. et *Eustathio* τὸ εὔλογον παράστημα τῆς ψυχῆς. Eleganter *Longinus* de Sublim. Sect. VII. §. 4. φύσει γάρ πως ὑπὸ τἀληθοῦς ὕψους ἐπαίρεταί τε ἡμῶν ἡ ψυχή, καὶ γαῦρόν τι παράστημα λαμβάνουσα, πληροῦται χαρᾶς καὶ μεγαλαυχίας. Sicuti autem animus ad virtutem flecti potest, et ad vitia etiam detorqueri, utrique indicando 142 λῆμα Tragicis inprimis inserviit, et talia semper adiecta habet, quae eius significatum designent. *Detestandam* Clytaemnestrae in parente contrucidando *audaciam* μητρῷον λῆμα vocat Orestes in *Soph.* Electr. v. 1429. *vehementem iracundi pectoris inpetum* βαρύθυμον ὀργὰν καὶ λῆμα φρενῶν *Eurip.* in Medea v. 176. Quod ita expressit in cognomini dramate *Neophron* in *Stob.* Florileg. *Grot.* p. 107.

Κάτισχε λῆμα καὶ σθένος θεοστυγές.

Similes usus apud *Euripidem* creberrimi. Non minus frequenter in laude ponitur. *Heliodor.* X. p. 498. *Theagenes* ἀνδρείῳ τῷ λήματι κινούμενος, *generoso animi inpetu motus.* et IX. p. 438. utrobique etiam perperam λήμματι

vulgatur. Confer *Ariſtoph.* Ranis v. 615. *Euripid.* Rheſ. v. 245. Hippol. v. 206. Quae omnia mihi perſuaſere, emendandum vetus epigramma apud *Demoſth.* pro Corona p. 353. C. quo publicis laudibus celebrantur, qui in proelio occubuerant:

Μαρνάμενοι δ' ἀρετῆς καὶ δείματος οὐκ ἐσάωσαν
Ψυχὰς, ἀλλ' ἀΐδην κοινὸν ἔθεντο βράβην.

Non me fugit, Scholiaſten *δείματος* expoſuiſſe *φόβου, οὗ εἶχον ὑπὲρ τῆς πατρίδος·* perquam tamen mihi ſit credibile, olim ſcriptum fuiſſe:

Μαρνάμενοι δ' ἀρετῆς καὶ λήματος ——

qua erant praeſtanti virtute, ſtrenue pugnantes. Pindarus
143 iunxit *λῆμά τε καὶ δύναμιν* Nemeon I. v. 87. Ibid. III. v. 132. *ἀεθλοφόρου λήματος ἔνεκεν.* Sicuti Telemachus pulcra periphraſi apud *Homerum ἱερὴ ἲς Τηλεμάχοιο*, Coronis *Pindaro* dicitur *λῆμα Κορωνίδος* Pythiou Od. III. v. 43. ubi in Scholiis male *λῆμμα* ſcribitur. Similiter *Ζηνὸς λῆμα* in epigrammate *Meleagri* inedito:

Ἐῤῥίφθω σοφίας ὁ πολὺς πόνος· ἓν μόνον οἶδα
Τοῦθ', ὅτι καὶ Ζηνὸς λῆμα καθεῖλεν ἔρως.

In alio *Eiusdem* epigrammate:

Καὐτὸν ἀπ' Οὐλύμπου Ζῆνα καθεῖλεν ἔρως.

A *λῆμα* deſcendunt *ληματιᾷν* et *εὐληματεῖν·* quorum poſterius in deperdita Tragoedia adhibuerat *Aeſchylus* teſte *Heſychio: Εὐληματεῖ, λήματος καὶ ἀνδρείας εὖ ἔχει· Αἰσχύλος Κερκύωνι σατυρικῷ.* In *Ariſtophan.* Ranis v. 497.

—— —— *ληματιᾷς κἀνδρεῖος εἶ.*

Alterius lectionis, quae in antiquis libris fuerit, *Ληματίας*, ad formam *τολμητίας*, et ſimilium, meminit etiam *Suidas*, cuius locum auctiorem ex optimo Codice exhibebo: *Ληματιᾷς. λῆμά ἐστι τὸ φρόνημα· ληματιᾷς οὖν μεγαφρονεῖς· λέγεται δὲ καὶ χωρὶς τοῦ ι ληματίας, ὁ μεγαλόφρων καὶ ἰσχυρός.* Quae ſequuntur, optime ab iis, quae praeceſſerant, ſunt ſeparata: *Ληματίας, φρονηματίας, γεννάδας.* Conf. *Heſychius.*

CAPUT XVI. 144

In Ammonii ſcripturam inquiritur. Λήϊτον ἀμφεπένοντο ſciolum ſapiunt. Cur Grammat. verba Λειτουργεῖν et Λιτουργεῖν ſecernat? Λεῖτον, λήϊτον, λάϊτον. Poſtremum reſtituitur Heſychio. Λιτουργεῖν, maledicere. Λιτουργὸς in iambis Simonidae. Φανὸς apud recentiores λυχνοῦχον et λαμπτῆρα, apud veteres λαμπάδα denotabat. Φανὸν et Πανὸν in libris non diſcerni.

Λητουργεῖν διὰ τοῦ η, καὶ Λιτουργεῖν διὰ τοῦ ι διαφέρει.] Primum ex *Didymi* commentario hic adferuntur ſequentia: *Λητουργεῖν, τὸ τῷ δήμῳ ὑπηρετεῖν· λῆτον γάρ φασι τὸ δημόσιον. — Λήϊτον ἀμφεπένοντο.* Poſtrema unde ſint deſumta, difficulter dici poterit. Vir quidam eruditiſſimus *Λήϊτον ἀμφεπένοντο* nuſpiam legi, et *Ammonio* inſerta fuiſſe ſuſpicabatur ab inepto interpolatore, cui vocabulum *δήμῳ* ridicule in memoriam revocaverit *Hom.* Il. Φ. v. 203. — *ἀμφεπένοντο Δημὸν ἐρεπτόμενοι* etc. Ingenioſa peritiſſimi iudicis coniectatio primum hic locum poſtulabat, cui non parum momenti addit *Phavorinus*, qui, ubi hanc *Ammonii* notam deſcripſit, *Λήϊτον ἀμφεπένοντο* intacta praetermiſit. Si quis interim haecce tueri velit, et illorum locorum numero adſcribenda iudicet, quorum auctores ignoremus, non intercedam, certus interim, hanc *Ammonii* notam data opera ab otioſo homine fuiſſe depravatam, quod miror *H. Stephano* non animadverſum in Theſ. Indice, ubi huius loci fecit mentionem. Noli quaeſo, dubitare, quin *Ammonius* ita ſcriptum reliquerit: *Λειτουργεῖν διὰ τοῦ ει, καὶ Λιτουργεῖν διὰ τοῦ ι διαφέρει. Τὸ μὲν γὰρ Λειτουργεῖν.* ſi aliter cenſeas, nulla tibi diſtinctionis conſtabit ratio. *Λειτουργεῖν* vulgaris eſt et ubivis obvia verbi forma; eius loco *Ammonii* aevo pronuntiaſſe videntur *Λιτουργεῖν·* hoc temere fieri admonuit, atque *ι* et *ει*, vocum diſtinctioni ſaepe inſervientia, minime confundenda, plus ſemel monſtravit. Id vero magis dubium videri poſſet, ſcripſeritne Noſter *Λήϊτον γάρ φασι τὸ δημόσιον·* an vero et hic *Λεῖτον* poſuerit. Si prius eligas, id, 145

quamvis a communi lege remotum, et ex dialecto ortum, adſerendae verbi *Λειτουργεῖν* poteſtati ab *Ammonio* adferri potuit: *Etymologus* et *Cyrillus* in Lex. ad v. *Λειτουργός*· —— τὸ γὰρ πρυτανεῖον, ἤγουν τὸ δημόσιον, *Λήϊτον* ἐκαλεῖτο. Notus eſt et ab aliis productus *Herodoti* locus, qui vocis uſum Achaeis proprium tribuit VII. c. 197. *Λήϊτον* δὲ καλέουσι τὸ πρυτανήϊον οἱ Ἀχαιοί. *Thomas M.* in *Λειτουργὸς* ad ſcripturam ſuo iam tempore in *Ammonio* corruptam adhaeſit. Huc refer etiam gloſſas *Heſychii: Λαϊτῶν*, τῶν δημοσίων τόπων, et *Λάϊτον*, τὸ ἀρχεῖον· ſic legendum pro *Λάϊπον*· cui ordo etiam literarum repugnat. Sin vero malueris pro λῆτον in noſtro loco λεῖτον· habebis, praeter analogiam, quo ſententiam confirmes, *Ulpianum* ad Leptineam *Demoſthenis* p. 162. C. λεῖτον ἐκάλουν οἱ πάλαιοὶ τὸ δημόσιον· ὅθεν λειτουργεῖν τὸ εἰς τὸ δημόσιον ἐργάζεσθαι ἔλεγον· ὅθεν καὶ λεία λέγεται ἡ παρὰ τῶν πολεμίων εἰς τὸ κοινὸν τῶν διαρπαζόντων ὠφέλεια. quae quamvis omnia adſenſum non mereantur, id, quod res erat, abunde oſtendunt. Alterum denique, quod a λειτουργεῖν
146 ſecernit, *Λιτουργεῖν*, monente *Ammonio*, ſignificat κακὰ λέγειν. Vellem, uſum in hac librorum veterum penuria, ni fallor, rariſſimum antiqui ſcriptoris loco nobis adſertum tradidiſſet. *Phavorinus Λιτουργεῖν* ex *Ammonio* in Lexicon ſuum recepit; in vocabulis acc. diſt. *Λιτουργεῖν, maledicere.* et in Ind. *Henr. Stephani*, qui ex *Heſychio* ibidem adſcripſit: *Λιτούριον*, κακοῦργον. Id ex prava librarii pronuntiatione traxit originem, et nulla poteſt ratione pro recentioris Graeciae vocabulo cum *Salmaſio* haberi. Mutatum in *Λιτουργὸν* rei noſtrae commode inſervit. Deſumptum eſt ex *Simonidis* Iambis, in quibus acer μισόγυνος foeminarum genealogiam contexuit non illepidam. Primam deum dicit creaſſe ex ſetoſa ſue ſordidam, ex doloſa vero vulpecula callidam, maledicam ex cane.

Τὴν δ' ἐκ κυνὸς λιτουργὸν, αὐτομήτορα,
Ἣ πάντ' ἀκοῦσαι, πάντα δ' εἰδέναι θέλει,
Πάντῃ δὲ παπταίνουσα καὶ πλανωμένη
Λέληκεν, ἢν καὶ μηδὲν' ἀνθρώπων ὁρᾷ.

Hosce verſiculos propter ſingularem venuſtatem integros deſcripſi. *Λιτουργὸν* vulgatur apud *Stobaeum* p. 434. v. 51. atque id etiam exhibuit *Radulphus Wintertonus* in Poët. Min. Gr. Neque erat cauſae, ob quam ab hac lectione ſibi recedendum exiſtimaret *Grotius*.

Λυχνοῦχον καὶ Λαμπτῆρα φασὶ τὸν νῦν φανόν· Φανὸν δὲ τὴν λαμπάδα.] Egregiam *Nunneſii* emendationem non dubitavi in textum recipere. Ad corruptam ſcripturam accedit *Thomae M.* nota: *Λυχνοῦχον καὶ λαμπτῆρα φασί· φανὸν δὲ τὴν λαμπάδα.* quae ad eandem rationem videntur emendanda. Nam ſi vel in depravatum 147
Ammonii Codicem inciderit, ipſum notiſſimam diſtinctionem ignoraviſſe, vix ſit credibile. *Laternam,* quam veteres *λυχνοῦχον* et *λαμπτῆρα,* recentiores *φανὸν* nuncupabant. Saepius ad hanc rem citatus *Athenaeus. Schol. Soph.* Ai. v. 289. *Λαμπτῆρες, οἱ κατὰ τὴν οἰκεῖαν* (L. *οἰκίαν*) *φαίνοντες λύχνοι. Galenus* Gloſſ. *Hippocr. Λαμπτὴρ, ὃν οἱ πολλοὶ φανὸν ὀνομάζουσιν. Timaeus* Lex. Plat. *Λαμπτὴρ, φανός.* Eadem voce ad *λυχνοῦχος* utuntur *Heſychius* in v. *Idem* in *Φανόν* —— *Ἀττικοὶ δὲ λυχνοῦχον ἐκάλουν, ὃ (ὃν) ἡμεῖς νῦν φανόν.* qui locus ad *Ammonium* inprimis facit. *Schol. Ariſtoph.* ad Acharn. v. 936. *Λυχνοῦχον, ὃν λέγομεν φανόν. ἢ λαμπτῆρα.* ita videtur diſtinguendum. At veteres voce *φανὸς* non *laternam,* ſed *facem* ſive *taedam, λαμπάδα* deſignabant. *Phrynichus* p. 12. *Φανὸς ἐπὶ τῆς λαμπάδος, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ τοῦ κερατίνου λέγε· τοῦτο δὲ λυχνοῦχον.* ita Editio *Vaſcoſ.* et *Thomas M.* Conſentit *Silenus* Gloſſographus apud *Athen.* XV. p. 699. E. *Ἀθηναίους λέγειν τὰς λαμπάδας φανούς.* Quod ſcribit *Ammonius,* Tragicos *Πανὸς,* Comicos vero *φανὸς* uſurpaſſe, id in libris obſervari non ſolet. *Πανὸς* in *Athenaeo* aeque tribuitur *Menandro* et *Diphilo,* quam *Aeſchylo,* in cuius Agamemn. v. 292. hodie legitur *φανὸν,* quod in *Πανὸν* mutandum cenſuit *Stanleius.* Obnititur *Schol. Ariſtoph.* ad Pacem v. 841. qui promiſcuum utriusque formae uſum Tragicis adſcribit.

148 # CAPUT XVII.

Emendantur Orpheus, Dionyſius Siculus, Heſychius, et Euphorion. Varia lectio e Sophoclis Schol. profertur.

Μανία μέν ἐστιν ἔκστασις λογισμοῦ· Λύσσα δὲ ἐπιτεταμένη μανία· Οἶστρος δὲ μανιώδης ἐπιθυμία.] Λύσσα, *rabies*, de cane eximie ſolet uſurpari. Eam in rem legi poſſunt *Euripid.* Bacch. v. 975. *Apoll. Rhod.* IV. 1393. *Schol. Theocr.* ad Idyll. X. v. 70. *Schol. Hom.* ad Il. X. v. 70. Ab auctoris manu deflexit v. 908. in Argonaut. *Orphei:*

Λύσσαν ἐπιπνείουσα ὑπὲρ γαλινοῖς σκυλάκεσσιν.

Commode reſtitues:

Λύσσαν ἐπιπνείουσα ἐπ᾽ ἀργαλέοις σκυλάκεσσιν.

Nemo ignorat *Homeri* κύνας ἀργούς. Hinc ad homines traducta vox *rabidum furorem* dicit: *Ammonio* λύσσα vocatur ἐπιτεταμένη μανία. Morbi vim et gravitatem adiecta plerumque declarant. Λύσσα κρατερὴ *Hom.* Il. *I.* v. 239. *Timaeus Locrus* de anim. mund. p. 562. λύσσαι οἰστρώδεες. *Eurip.* Oreſte v. 846. θεομανεῖ λύσσῃ. et v. 270. μανιάσιν λυσσήμασι. *Dionyſius Siculus* λύσσαν ἀχύνετον apud *Schol. Apoll. Rhod.* III. v. 530.

Πλαζομέναις ἐνὶ λύσσαν ἀχύνετον ἧκα βαλοῦσα.

149 Repoſui ἐνὶ pro ἵνα· profuit mihi *Rutgerſii* coniectura, τινὰ corrigentis, Var. Lect. II. c. 20. Plura dabit Vir Eruditiſſ. in Miſcell. Obſ. Vol. VI. p. 587. et ſeqq. ubi, qui adfertur *Heſychius*, *Sophoclis* ſcripturam nobis repraeſentat. Τὴν ἑδραίαν μανίαν, inquit *Heſych.*, φοῖτρν ἔλεγον, τουτέστι τὸν μεθ᾽ ὁρμῆς μεμηνότα. Haec in eam te ſponte ducent cogitationem, in quam ego incidi, conſiderata altera *Heſychii* nota: φόβοι, Ἀττικοὶ ἐπὶ τῶν δυσωδῶν. Iubente literarum ſerie dubitanter φοῖβοι emendat *Palmerius*. Tu mecum lege: Φοῖτοι, Ἀττικοὶ ἐπὶ τῶν λυσσωδῶν. Cave credas ad receptam ſcriptionem quidquam facere *Schol. Soph.* ad Aiac. v. 333. Διαπεφοιβάσθαι·] ἐκμεμηνέναι παρὰ τὸν φοῖτον· ἢ ἀπὸ τῶν φοιβωμένων κ. τ. λ. Qui

non viderit, priora verba, ἐκμεμηνέναι παρὰ τὸν φοῖτον, olim ad aliam lectionem διαπεφοιτάσθαι pertinuisse, is hercle vero nihil viderit. A φοῖτος, φοιταλέος, id est λυσσώδης. Io vaga et oestro percita apud *Moschum* in Europa v. 46.

Φοιταλέη δὲ πόδεσσιν ἐφ' ἁλμυρὰ βαῖνε κέλευθα.

Euphorion apud *Schol. Apoll. Rhod.* IV. 55.

Φοιταλέος διὰ πᾶσαν ἄδην ἐπάτησε κοθόρνῳ.

Vocabulum ἄδην, sive ἄδην, quod apud *Phavorin.* extat in φοιταλέην, nihil hic dicit. proclivi emendatione et vera *Euphorionis* versiculum emaculabis scribendo:

Φοιταλέος διὰ πᾶσαν ἄλην ἐπάτησε κοθόρνῳ.

Per totum erroris tempus furibunde vagabatur.

CAPUT XVIII. 150

Μισήτη, libidinosa. Virosae, Θηλύτεραι γυναῖκες. Suidas emend. Μισῆται illicita Venere famosae: quales Ἄννιον et Βιττώ. Asclepiadae epigramma tentatur. Νάννιον, scorti nomen. Is. Vossii coniectura in Theocr. fistula.

Μισητὴ καὶ Μισήτη διαφέρει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς.] Si scribatur et pronuntietur Μισήτη, vocabulum significat τὴν καταφερῆ πρὸς συνουσίαν, monente, quem hic rursus sequitur *Noster*, *Tryphone*. *Cyrillus* in voc. acc. dist. Μισήτη, *libidinosa*. Eundem usum tradiderunt *Suidas*, *Hesychius*, *Etymologus*, *Thomas M.* et alii, quorum plerique istius, quae hic adnotatur, differentiae non videntur habuisse rationem. *Sophronem* et *Cratinum* voce usos constat ex *Eustathio* ad Odyss. *K.* p. 386. Conf. *Pantinus* ad *Apostol.* Prov. Cent. XV. 69. *Pollux* VI. 189. a Comicis μισητὴν dictam notat τὴν μάχλον, *nimis in Venerem pronam*. *Achilles Tatius* VIII. p. 461. γυναῖκα μάχλον καὶ πρὸς ἄνδρας ἐπιμανῆ, *mulierem libidinosam* vocat et *virorum adpetentem*, cuiuscemodi mulieres in primis odiosae.

tavit. *Ναὸς* usu primario *domicilium* dicit. *Clinias* observat, καὶ τὸν ναὸν ποτὲ εἰρῆσθαι ἔνναον, (ita lego pro ἔνναιον) διὰ τὸ ἐνναίειν ἐν αὐτῷ τοὺς θεοὺς, apud *Schol. Apoll. Rhod.* II. v. 1087. Id verbi *Ἐνναίειν Suidae* restituendum, ubi vulgo libri praeferunt: *Ἐναύειν*, τὸ ἱκετεύειν πρὸς τοῖς ναοῖς. Ab hac generaliori notione *Ναὸς* in istam significandi proprietatem devenit, quae vulgo obtinet. Pari ratione σηκὸς *septum* qualecunque, sed eximie partem templi interiorem, sive istud septem denotare coepit, quo deorum simulacra concludebantur. *Suidas: Σηκὸς*, ὁ ἐνδότερος οἶκος τοῦ ἱεροῦ, ναοῦ, οἶκος, τάφος. Probem legi: ὁ ἐνδ. τόπος τοῦ ἱεροῦ ἢ ναοῦ. Ridicula quidem, ve-
154 rum tamen vetusti moris index *Schol. Hom.* nota ad Il. *Θ.* v. 131. originem vocis σηκὸς repetentis ἀπὸ τοῦ ἵστασθαι ἐν αὐτῷ τὰ ἀγάλματα. Opportune *Apoll. Rhod.* IV. v. 1284.

Ἢ ὁπὰν αὐτόματα ξόανα ῥέῃ ἱδρώοντα
Αἵματι, καὶ μυκαὶ σηκοῖς ἔνι φαντάζωνται.

Usum a *Tan. Fabro* ad *Anacreont.* Od. V. p. 125, 126. indicatum veterum locis egregie confirmavit *Des. Heraldus* ad *Arnob.* L. VI. p. 234. In viis deorum statuae σηκοῖς septae fuerunt et inclusae. *Apuleius* in initio Florid. *religiosam moram viatori obiecerit* —— *colliculus sepimine consecratus.* *Nicander* in Georgicis apud *Athen.* XV. p. 684. D. *flores, etc.*

Δρέψας, εἰνοδίοισι θεῶν παρακάββαλε σηκοῖς,
Ἢ αὐτοῖς βρετάεσσιν. —— —— ——

Priapum in *Theocrit.* epigr. IV.

Σακὸς δ᾽ εὖ ἱερὸς περιδέδρομεν.

Salmasio non succurrebat hic usus, dum ad Consecrat. Templ. in ag. Her. p. 64. veteri Cod. lectioni *Ἕρκος* δ᾽ εὖ ἱερὸν π. vulgatam postponebat. *Σακὸς* sive *Σηκὸς* est ἕρκος, *la balustrade.* Id ipsum pro deorum templo fuisse usurpatum non est quod dubitemus: loca producere nihil attinet. Eximie *heroum templa* sive potius *sacella* σηκοὶ secundum Grammaticos vocabantur. Huc pertinent *Euri-*
155 *pidae* bina loca, a Cl. *Arnaldo* producta Animadv. I. c. 1.

Σηκοὺς Τροφωνίου et *θαλάμας Τροφωνίου* permutat *Eurip.* Ion. v. 300. et 394. Illuſtriorum hominum ſepulcra *ſepto*, *σηκῷ*, cingebantur. *Nicarchus* Anthol. III. c. 1. epigr. 1.

Αὐτὸν ἔχουσι θεοὶ, σῶμα δὲ σηκὸς ὅδε.

Hinc petenda videtur ratio, cur in *σηκοῖς* culti fuerint, qui ob praeſtantiora merita poſt obitum in deos referebantur. Iſtaec religio ad Chriſtianos etiam homines, a priſca ſimplicitate ſenſim delapſos, pervaſit. Hi ſummum Deum auguſtioris moliminis templis, eius veluti internuntios, heroas, excellenti morum puritate claros, ſacellis honorare coeperunt. Superſtitioni originem praebuere martyrum reliquiae, maxima cum cura cuſtoditae, et in *σηκοῖς*, eum in finem in templorum receſſu primum conſtructis, repoſitae. Huius antiquitatis ſtudioſis rem non ingratam me facturum arbitror, ſi uni et alteri loco hac opera medicinam fecero. *Euagrius* Hiſt. Eccleſ. II. c. III. *εἴσω δὲ τοῦ θόλου πρὸς τὰ ἑῷα εὐπρεπής ἐστι σηκὸς, ἔνθα τὰ πανάγια τῆς μάρτυρος ἀπόκειται λείψανα ἔν τινι σορῷ τῶν ἐπιμήκων, μακρὰν ἔνιοι καλοῦσιν.* Quae ultima, *μακρὰν ἔ. κ.*, obſcura videntur *Valeſio* et medelae indiga. Ego vero, ſi id aliorum cum bona venia poſſit fieri, iſta, *μακρὰν ἔνιοι καλοῦσιν*, ab exſcriptore in textum introducta fuiſſe cenſeo. Videlicet in Codice ſuo ſtudioſi hominis hanc obſervationem repererat, *μάνδραν ἔνιοι καλοῦσιν*, quae, quum ad vocem *σηκὸς* pertinerent, ineptulus ille leviter mutata poſt *ἐπιμήκων* inſeruit. Ubivis autem *σηκὸς* a Grammaticis *μάνδρα* 156
exponi ſolet. Ad id, quod modo dicebam, in Anecdotis *Muratorii* Carmen XVII. *Gregorii Nazianzeni* peropportunum eſt:

Εἷς δόμος, ἀλλ᾽ ὑπένερθε τάφος, καθύπερθε δὲ σηκὸς,
Τύμβος δειμαμένοις, σηκὸς ἀεθλοφόροις·
Καί ῥ᾽ οἱ μὲν γλυκερὴν ἤδη κόνιν ἀμφεβάλοντο,
Ὧν σὺ μάκαιρα δάμαρ Ἀμφιλόχου Λιβίη,
Κάλλιμέ θ᾽ υἱήων Εὐφήμιε· τοὺς δ᾽ ὑπόδεχθε
Μάρτυρες ἀτρεκίης, τούς τ᾽ ἔτι λειπομένους.

Levibus maculis ſublatis adſcripſi epigramma ad eum modum, quo legi debere videbatur.

CAPUT XX.

Voces Ναυαγία et Ναυάγιον a Grammat. discerni. Prius naufragium, alterum navis fragmina notat. Eiecta, τὰ ἐκβρασθέντα. Differentia vett. usu confirmatur. Achillis Tatii locus turbatissimus redigitur in ordinem. Νηὸς διαφθορά. Ναυφθορίη. Ναυάγια, naufragia. Interpretes in hisce frequenter errare. Emendantur Schol. Pindari, Longinus, et Euripides. Ῥῶπες, dumeta.

Ναυαγία μέν ἐστιν αὐτὴ ἡ τῆς νηὸς διαφθορά· Ναυάγιον δὲ τὸ ἐξ αὐτῆς ἐκβρασθέν.] Discrimen agnoscunt *Scholiastes Thucydidis*, *Kustero* ad *Suidam* citatus, *Schol. Aeschyli* ad Perſ. v. 418. et, qui propius accedit ad *Amm. Thomas*
157 *Mag.* Ναυαγία, σύντριβὴ τῆς νεώς. —— Ναυάγια πληθυντικῶς ἐπὶ οὐδετέρου, τὰ ἐξ αὐτῆς ὑπὸ τῆς θαλάσσης ἐκβρασθέντα. Optime finivit *Moschopulus*: Ναυαγία ἡ θραῦσις τῆς νεώς. Ναυάγια δὲ τὰ τμήματα αὐτῆς τὰ ἀπὸ τῆς ναυαγίας. Ipſum *navifragium* ναυαγία; at ναυάγια, *fractae navis tabulae*, ſive τὰ ἐκβρασθέντα, *eiecta*, ναὸς ἔκβολα *Euripidae* in Helena v. 1230. Novi veteris ſcriptoris locum, in quo cum legatur: *Qui eiecta nave quid rapuit*, ſcribendum cenſeo: *Qui eiecta navigii rapuit.* ut eiecta navigii ſint τὰ ἐκβρασθέντα. namque *coortis naufragiis*, uti pulcre ſcribit *Lucret.* II. v. 552.

Disiectare ſolet magnum mare transtra, guberna,
Antennas, proram, malos, tonſasque natantes.

Ναυάγιον vero et Ναυαγίαν nunquam promiſcue a Graecis ſcriptoribus fuiſſe uſurpata, haud facile dixero; et inter alia, quae contrarium ſuadeant, pauca dedit *H. Stephanus* Theſ. T. II. p. 998. Clariſſime diſtinguunt, qui curatiorem ſcribendi legem ſibi fixerant, et id Grammaticorum fidem liberat. Paucis defungar, quae hanc rem in clara luce collocent, et poſtea uſui ſint futura. *Lucianus* Verae Hiſtor. I. p. 665. τραπόμενοι πρὸς τὰ ναυάγια. L. II. p. 685. ναυαγίᾳ χρησάμενον. *Herodotus* L. VIII. c. XII. οἱ δὲ νεκροὶ καὶ τὰ ναυήγια ἐξεφέροντο εἰς τὰς Ἀφέτας. et eo-

dem in capite: ἀναπνεῦσαι —— ἔκ τε τῆς ναυηγίης καὶ τοῦ χειμῶνος. *Achilles Tatius* L. III. p. 201. ἐπεὶ οὖν τῇ ναυαγίᾳ περιεπέσαμεν. et p. 203. κίστη τῷ ναυαγίῳ καθ' ἡμᾶς τῷ ῥοΐ κομισθεῖσα. *cista in tabula naufraga secundo flumine ad nos devoluta.* Eiusdem locum turbatissimum sane L. VI. p. 379. pristino ordini et nitori restitutum ad- 158
ponam: φέρε πάντα τιμῶμεν αὐτοῦ τὰ ναυάγια, καὶ ξύλον ἐκ ναυαγίας τῇ γῇ προσπεσὸν ἐλάμβανον, τάχα, λέγουσα, Θέρσανδρος ἐπὶ ταύτης τῆς νηὸς ἔπλει. Πόσους καὶ ἄλλους ἔθρεψα νεναυαγηκότας; πόσους ἔθαψα τῆς θαλάσσης νεκρούς; εἷς δὴ καὶ οὗτος κ. τ. λ. Ad hanc formam concinnata, oratio astutae mulieris in Thersandro dolis lactando calliditatem clarius patefacit. Quod autem *Ammonius* ναυαγίαν reddidit νηὸς διαφθοράν, obſervari poteſt, utrumque permutaviſſe *Demoſthenem* contra Phormion. p. 586. C. ναυαγίαν vocans, quod ſuperius dixerat διαφθοράν. nam ubi editur: ὅθεν καὶ ἡ διαφορὰ τῇ νηῒ συνέβη, ſcribendum διαφθορὰ, quod interpretem fugiſſe non videtur. Ναυφθορίην dixit *Statyllius* Anthol. III. c. XXII. ep. 17. Ναυάγιον, *tabula naufraga. Euripides* Helena vſ. 514.

Κρύψας ἐμαυτὸν, εἶμι πρὸς ναυάγια.

Ib. v. 429. —— ναὸς ἐκβόλοις ἀμπίσχομαι.
et v. 1398.

Πέπλους δ' ἀμείψας ἀντὶ ναυφθόρου στολῆς.

Amoeniſſimus *Maximus Tyrius* Serm. XXXII. p. 184. ἐξέπιπτεν εἰς γῆν πόλεως ναυάγια, de navi loquitur, quae inſana ſupellectili gravis naufragium fecerat. Alias enim ναυάγιον eleganter ad alia transferri ſolet. *Sophocles* Electra v. 732.

—— —— πᾶν δ' ἐπίμπλατο
Ναυαγίων Κρισσαῖον ἱππικῶν πέδον.

Schol. ναυαγίων, τῶν πτωμάτων. Tragici locum ante oculos habuit *Demoſthenes*, ſeu quisquis auctor ſit Erotici, p. 159
161. B. ἐν τοῖς ἱππικοῖς ἀγῶσιν ἡδίστην θέαν παρέχεται τὰ ναυαγοῦντα. *Naufragia* eodem uſu Latinis; quod ab aliis animadverſum. *Apuleius* Met. IV. p. 149. *paſſim*

per plateas plurima cerneres iacere semivivorum corporum ferina naufragia. Caeterum discrimen certissimum ab interpretibus minus rite perceptum saepissime effecit, ut omnem nitorem veterum locis abstulerint, et ad *ναυάγιον* tanquam ad scopulum semet adliserint. Multis, quibus id evinci posset, abstineo. Urbs Orchomenus Asopodorum ob civiles rixas patria profugum excepisse dicitur

——— *ἐρειδόμενον ναυαγίοις.*

apud *Pindarum* Isthm. I. 52. ubi editiones variant. *Scholiasta: βαρυνόμενον ἐπὶ τῆς ναυαγίας ἐδέξατο. Schmidius* in *Schol.* legit *φερόμενον*, quasi vero *ναυαγία* fractae navis tabulam diceret: scripserat: *βαρυνόμενον ἀπὸ τῆς ναυαγίας.* quod ad *Pindari* mentem attinet, male. Quanto rectius, qui reliquorum interpretum laudes eleganti versione obfuscavit, *Nicolaus Sudorius:*

——— ——— ——— *ratis*

Complexum in alto fragmina naufragae.

In *Longino* De sublimi Sect. XLII. §. 2. *τοὺς περὶ τὸ ναυάγιον βρασσομένους*, male reddunt *Boileavius*, *Tollius*, et *Fr. Portus;* neque cepit nuperus editor, Eruditus *Zach. Pearce*, eo inprimis nomine laudandus, quod, quum *Tollius Manutii* coniecturas, hic fideliores duces MSS. sequutus ediderit: *τοὺς περὶ τὸ ναυάγιον δρασσομένους.* ad istud indicium genuina scriptura facillime poterit erui:
160 mutato *Δ* in *Α* lege *ἀρασσομένους*, et pristinam habes *Longini* manum, *circa tabulam naufragam iactatos et elisos. Hesychius: Ἀρασσόμενα, προσρηγνύμενα, πλησσόμενα.* Plura non addam, postquam emendavero *Euripidem* in Troasin v. 438.

θαλάσσης δ᾽ ἁλμυρᾶς ναυάγια,
Λωτοῦ τ᾽ ἔρωτες, ἡλίου θ᾽ ἁγναὶ βόες.

Legendo: *Λωτοῦ τε ῥῶπες, dumeta loti.* Glossae *Philoxeni*: *Dumeta, θαμνώδης τόπος.* Ad *Euripidae* locum respexisse censeri possent *Hesychius: Ῥῶπες, τὰ δασέα τῶν φυτῶν, καὶ θαμνώδης ὕλη.* et *Etymologus: Ῥῶπες, ὕλη καὶ ὑλώδη φυτά.* De huius autem emendationis veritate neminem dubitaturum confido.

FINIS LIBRI SECUNDI.

LUDOVICI CASPARI VALCKENAER 161

LIBER TERTIUS

ANIMADVERSIONUM

AD

AMMONIUM

GRAMMATICUM.

CAPUT PRIMUM.

Super Nereidibus multa dici posse. Nereidum et Nerei filiarum differentiam qui praeter Ammon. indicarint? Vulcanii coniectura probatur. Quasvis deas marinas Nereidas vocari. Nereides, Λευκοθέαι, Veneriae. Filias Nerei a Nereidibus non distinguunt vett. omnes Nereo et Doride natas. Apollodori macula eluitur. Nereidum numerus quinquagenarius. Aeschyli fragm. obiter correctum. Puellae nomen in Hygino reponitur. Super Catalogo Hesiodeo disseritur. bis emendatus Hesiodus. Scholion ab Heinsio omissum. Paucula de Mnasea, cuius locus emendatur.

Νηρεΐδες τῶν τοῦ Νηρέως θυγατέρων διαφέρει.] De *Nereidibus*, quarum nobilitata occurrit in utriusque linguae scriptoribus mentio, luculenta patet differendi materies, dignissima, quam eruditior quispiam sibi vindicet, et

Anim. XIV. c. XXVIII. Thetis in *Aeſchyli* Ὅπλων κρίσει dicebatur

Δέσποινα πεντήκοντα Νηρεΐδων χοροῦ.

teſte *Schol. Ariſtoph.* ad Acharn. v. 883. Quod vulgatur Νηρεΐδων χορόν, ſenſum verſiculi corrupit, et *Stanleio* etiam fraudi fuit. *Orpheus* ſive Argonaut. auctor v. 335. *Nerea* vocat

Ἄμμιγα πεντήκοντα κόραις πάσαισιν ἐραννᾶις.

Eidem totidem filias tribuit in hymnis, et frequenter variis in locis *Euripides*. A numero quinquagenario non diſcedunt *Pindarus* Iſthm. Od. VI. v. 8. et *Sophocles* Oed. Col.
165 v. 708. *Suidae* locum, prouti in MS. legebatur, *Vulcanii* emendationi adſerendae idoneum adiiciam: Νηρεΐδες, νύμφαι ν̄ τὸν ἀριθμόν εἰσι. Parem numerum *Servius* et *Hyginus* tradiderunt, quorum ille ad *Virg.* Aen. III. v. 74. notat; hic in Genealogia, *ex Nereo,* inquit, *et Doride Nereides quinquaginta.* e nomininibus incuria librariorum unum excidit; ex *Homero,* quem ſequitur, poſt *Callianaſſa* reponendum *Callianira,* ſive poſt *Thoë* inſerendum *Halia.* Ultimum nomen diuturno tempore obliteratum tandem *Heſiodo* reſtituam. In eius Theogonia verſus 245. ante *Graevium* ita vulgabatur:

Κυμοθόη, Σπειώ τε θοὴ, Θαλίη τ' ἐρόεσσα.

Monuit ille, θοὴ non eſſe *Nereidis* epitheton, ſed nomen, et propterea edidit:

Κυμοθόη, Σπειώ τε, Θοὴ, Θαλίη τ' ἐρόεσσα.

Qua in re praeeuntem habuit *Graevius* Latinum interpretem, qui *Thoë* in verſione poſuerat, quod poſtea in *velox* male iverunt mutatum. In eodem tamen verſu mendam reliquit vir eruditiſſimus, qui copulam hic deſiderari iudicabat; quod eius pace dictum velim, adeſt copula, et in nomine Θαλίη, quod ab *Heſiodo* profectum minime arbitror, latet: error ſatis antiquus ex *Scholiaſtae* nota traxit originem; is Θαλίη exponit ἡ θάλλειν δυναμένη. Aſt me quidem iudice, nulla poteſt ratione dubitari, quin *Poëta* olim hac ratione ſcripſerit:

Κυμοθόη, Σπειώ τε, Θόη θ', Ἀλίη τ' ἐρόεσσα.

Fundum emendationis ecce tibi, quem *Hesiodus* imitabatur, *Homerum* in Iliade Σ. v. 40.

—— *Σπειώ τε, Θόη θ', Ἁλίη τε βοῶπις,* 166
Κυμαθόη τε, —— —— ——

In Codice *Batavo*, non quidem antiquo, sed optimae notae, quique scholia continet utilissima, vocibus *Ἁλίη τε βοῶπις* superscribitur: *καὶ ἡ εὐόφθαλμος Ἁλία.* Fecundum *Homeri* ingenium admiratur *Eustathius* ad Il. Σ. p. 1177. qui *τῶν τοσούτων Νηρηΐδων τρεῖς μόνας μετ' ἐπιθέτων προήγαγεν, εἰπών· Ἁλίη βοῶπις, ἀγακλειτὴ Γαλάτεια, καὶ εὐπλόκαμος Ἀμάθεια.* ultimum nomen in *Homeri* libris ita vulgo scribi solet, nisi quod in eo, quem dicebam, scripto Codice prostat *Ἀμάθυια·* quod vulgatae lectioni non postpono. Lubet porro *Graevianae* in *Hesiodo* lectionis bonitatem ita adserere, ut eadem opera novam lucem antiquo scriptori adfundam. Notandus primum *Thomae Galei* error, levis ille, et eximio viro facile condonandus, dum ad *Apollod.* p. 6. *Aristarchus*, inquit, *numerum Hesiodi auxit, addendo Θοήν, vereor ut recte, nam ea ad aliam familiam pertinet.* *Θοὴν* sive potius *Θόην* non in catalogum *Hesiodeum* invexit, sed in suis exemplaribus invenit *Aristarchus*, et *Cumatolegen* v. 253. memoratam potius e *Nereidum* choro eliminandam esse censuit, neque iniuria. Verba *Scholiastae* subiiciam: *σὺν Κυματολήγῃ] τῇ τῶν κυμάτων λήξει, τουτέστι καταπαύσει. ἐὰν γὰρ ὄνομα ἀκούσωμεν, ὥς φησιν Ἀρίσταρχος, ἔσονται μία καὶ πεντήκοντα κατηλεγμέναι.* Quae si cum calculo *Hesiodeo* rite conferantur, facile id, quod dicebam, constabit. Illis, quae ex *Hesiodi* Scholiis adposui, in veteri mea editione subiunguntur, quae universa in *Heinsiana* deficiunt; et propterea digna sunt, quae hic legantur: 167
οἱ δὲ ἐπὶ τοῦ πατρονόη νημερτής τε, ἣ πατρὸς ἔχει νόον, τῷ τε περισσὸν φασὶ κεῖσθαι· ἵνα κατὰ τοῦ πατρονόη ἀκούσηται ἐπιθετικῶς. ἡ γὰρ προνοουμένη πάντων, ἀληθής ἐστι. καὶ ὁ πατὴρ αὐτῆς Νηρεὺς, ἀληθὴς παρωνόμασται. Dici non potest, quantam sibi in scholiis edendis licentiam

ſumſerit *Daniel Heinſius*, quod eo dico, ut huius rei ignaros admoneam, non ut quidquam de tanti viri meritis detraham. Inprimis vero moleſte ferendum eſt, integram hanc notam ab eodem omiſſam, tum quod in ea docetur, fuiſſe, qui difficultati ab *Ariſtarcho* motae alia via obviam ire ſtuduerint, tum praeſertim quod genuinam *Heſiodi* ſcripturam, in omnibus, quos viderim, libris obſcuratam, recondit. Vulgatur apud *Heſiodum* v. 261.

—— —— —— *Προνόη τε·*
Νημερτής θ', ἣ πατρὸς ἔχει νόον ἀθανάτοιο.

Quanto rectius *Scholiaſta* legit:

—— —— —— *Πατρονόη τε*
Νημερτής θ', —— ——

Omnis qui in hac lectione confirmanda inſumeretur labor foret ſupervacaneus, cum ſemel indicata ſuo ſeſe colore commendet. Pro *πατὴρ*, *πατρὸς*, *πατρὶ*, in ſcriptis libris poni *πηρ*, *προς*, *πρι*, pervulgatum eſt: e tali ſcribendi compendio in *Heſiodo* remanſiſſe *προνόη* pro *Πατρονόη*, hactenus ignorabatur. Redeo ad *Ammonium*, a quo paulumper diſcedens pene omiſeram notare, quod tamen non videbatur praetermittendum. Minus perſpicue declarat
168 Noſter, utrum hauſerit hanc obſervationem e *Didymi* commentario, num eius verba alterius fide retulerit, ex *Mnaſeae* libro deſcripta; poſterius vero videtur ſimilius. *Ammonii* verba ſunt: *ταῦτα φησὶ Μνασέας ἐν τοῖς περὶ τῆς Εὐρώπης τὸν τρόπον τοῦτον.* Hoc in opere *Didymi* verba, ut puto, protulerat, et de *Nereidibus* copioſius egerat *Mnaſeas.* Pleraque omnia, quae ex eius libris Grammaticorum diligentia conſervavit, ad fabularem pertinent hiſtoriam, et ab aliis fuerunt adnotata. Iurene an iniuria ad libros *de Europa Mnaſeae* verba a *Schol. Apoll. Rhod.* ad L. IV. producta retulerit *G. I. Voſſius* de Hiſtor. Graec. I. cap. XXI. non inquiro; illud novi, in eruditi Grammatici commentario ad *Apollon.* IV. v. 264. mendoſe legi: *Μνασέας δέ φησι πρὸ σελήνης ἀρκάδας βασιλεῦσαι.* *Voſſiana* verſio, *Arcadum reges Luna fuiſſe antiquiores*, a nemine paulo humaniori poterit probari. Scripſerat

Mnaseas: Προσέληνον Ἀρκάδων βασιλεῦσαι· atque ita in *Schol.* reftituendum. Emendationem debeo *Schol. Ariftoph.* qui alterius notam ad Nubes v. 397. integram exhibuit.

CAPUT II.

Ἄγαλμα, vocem olim latiffimi ufus, recentiores in ftatuae fignificatum, magis adhuc coarctarunt Grammatici. Λίθοι πώρινοι, Tofi. In Ammonio pro Ξυστὸς corrigendum effe Ξυατόν. Quantum haec bina differant? Ξυστὸν ἀκόντιον. Quando urbs dicatur Συνοικίζεσθαι, quando Διοικίζεσθαι. Ammonii nota verbis Cl. Weffelingii illuftrata.

Ξόανον, *Βρέτας, Ἄγαλμα διαφέρει.*] Ἄγαλμα in *Homero* bene interpretantur veteres πᾶν, ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται. qua de re notat Vir Eruditus in Mifcell. Obferv. Vol. III. p. 267. et 268. *Hefychius* poftquam, quae adtuli, verba pofuerat, addit: οὐχ, ὡς ἡ συνήθεια, τὸ ξόανον· qua in Gloffa recentiorum non habuit rationem, qui a veterum ufu recedentes ἄγαλμα pro ξόανον frequentarunt. *Ammonius* vero ftatuam non ex quacunque materia, fed ex lapide et quidem pretiofo conftructam Ἄγαλμα dici voluit. Verba eius funt: Ἄγαλμα δὲ, τὸ πώρινον, ἢ ἐκ τινος ἑτέρου λίθου κατεσκευασμένον. Apud *Ptol. Afcal.* §. 198. Ἄγαλμα δὲ τὸ Πάρειον. *Etymologus Ammonio* videtur ufus p. 611. v. 16. Ἄγαλμα δὲ, τὸ παράμηρον, ἢ ἐκ τινος ἑτέρου λίθου κατεσκευασμένον· ubi elegantem *Sylburgii* coniecturam μαρμάρινον legentis omnino amplector. Ea voce, uti *Afcal.* per Πάριον, (ita enim fcribendum) interpretatur *Ammonii* πώρινον. Gloffae: *Tofi,* πῶροι, λίθοι. *Sulpitius Servaftus* in Vett. Poët. Catal. p. 232. 169

Decidens fcabrum cavat unda tofum.

Λίθους πωρίνους dixit *Ariftoph.* apud *Poll.* X. 173. Prorfus ad mentem *Amm.* ἄντικρυς τοῦ πωρίνου Σειληνοῦ *Plutarcho* reftituit *Salmafius*, citatus *Gronov.* ad *Herod.* V. c. LXII. p. 949. Plura forfan de iftoc lapide dediffet *Salmaf.* fi non pleraque praecepiffet *Meurfius* Att. Lect. IV. c. XIV. quocum confer *Commentatores* ad *Poll.* VII. 123.

170 Ξυστὸς, τό τε ἀκόντιον, ὡς παρ' Ἡροδότῳ ἐν τῷ πρώτῳ· καὶ τὸ οἰκοδόμημα, ὡς παρὰ Ξενοφῶντι ἐν Οἰκονομικῷ.] Quod ſupra dicebam, pro Ξυστὸς legendum eſſe Ξυστὸν, cum veriſſimum ſit et dubio vacuum, mirum videri poteſt, receptam lectionem *Iungermanno* non diſplicuiſſe ad *Poll.* I. 136. n. 75. Ξυστὸς, *xyſtus*, porticus dicebatur, in qua hiberno tempore ſeſe exercebant athletae. Is vocis uſus virum eruditiſſimum permovit, ut receptam in *Ammonio* lectionem non ſollicitaret. Ego vero confidenter adfirmare auſim, ſuper iſta porticu non cogitaviſſe Noſtrum, ac propterea *Xenophontem* citaſſe, qui pro alius generis aedificio τὸ ξυστὸν adhibuerit in Oeconom. p. 850. D. Res ex ipſo *Poll.* IX. 43. eſt manifeſta: ξυστοὶ δρόμοι. Ξενοφῶν δὲ καὶ χωρὶς τοῦ δρόμου τῷ ξυστῷ κεχρῆσθαι δοκεῖ ἐν τῷ Οἰκονομικῷ, ἢ εἰ ἐν τῷ ξυστῷ περιπατοίην. Deinde qui quaeſo τὸ ἀκόντιον dici poſſet ξυστός; Frequentiſſimus eſt vocis Ξυστὸν hoc ſenſu uſus, ut mirum etiam ſit, eam in rem *Herodotum* adduci. Docta eſt *Euſtathii* adnotatio ad Il. Γ. p. 324. Ξυστὸν καταμόνας αὐτὸ τὸ ξεστὸν δόρυ, οὗ ὡς ξεομένου ἐπίθετόν ἐστι τὸ ξυστόν. *Tyrtaeus* apud *Stobaeum* Tit. XLVIII. p. 352.

Δούρασί τε ξεστοῖσιν ἀκοντίζοντες ἐς αὐτοὺς,
Τοῖσι πανοπλίταις πλησίον ἱστάμενοι.

Pari ratione *Antiphanes* τυρὸς ξυστὸς, et *Ephippus* ξυστὰ τριχώματα dixerunt, teſte *Athenaeo* IX. p. 402. E. et XI. p. 509. C. *Cyrilli* Gloſſ. Ἄξυστον δόρυ, *ſariſa*. Vide Ξυστὸν inter inſtrumenta bellica in Biblioth. *Coislin.* p. 514. quod ibi adiicitur, a Ξυστὸν omnino ſeparari debet.

171 Οἰκίζεται, Συνοικίζεται, καὶ Διοικίζεται διαφέρει.] Huius obſervationis, ſanequam elegantis et eruditae, ignoratio interpretes non raro egit praecipites. *Ammonii* verba: Συνοικίζεται, ἡ ἐκ πολλῶν πόλεων εἰς μίαν πόλιν συναγομένη, ὑπὲρ τοῦ πλείονα δύναμιν σχεῖν. *Thucydidi* VI. c. 11. p. 379. admovit Vir Clar. *C. A. Dukerus.* Huiuscemodi συνοικισμὸν commemorat *Schol. Pindari* ad Pyth. Od. II. v. 1. ubi propterea Syracuſas a poëta μεγαλοπόλιας dici obſervat, quod *Archias* τέσσαρας πόλεις καταστρεψά-

μενος εἰς μίαν συνήγαγεν. Posterior notae *Ammonianae* pars: Διοικίζεται δὲ, ἡ ἐκ μιᾶς πόλεως, μεγέθει ἰσχυούσης, εἰς πολλὰ καταδιαιρουμένη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, ἵνα ἀσθενὴς γένηται· lucem accipiet ab *Harpocrat.* Διοικιεῖν, ἀντὶ τοῦ διαιρήσειν, ὥστε μὴ ἐν ταὐτῷ πάντας οἰκεῖν, ἀλλὰ χωρὶς καὶ κατὰ μέρος. Δημοσθένης ἐν πέμπτῳ Φιλιππικῶν. locum proposui a *Valesio* emendatum, et e cod. *Medic.* a *Gronovio* auctum. *Demosth.* locum praeter alia, quae huc pertinent, produxit *Valesius.* Pro κατὰ μέρος *Suidas* in *Harpocrat.* legisse videtur καταμόνας (ita MS. praefert) aut, quod malim, κατὰ κώμας. *Ephorus* apud eundem *Harpocr.* in Μαντινέων διοικισμὸς, —— φησὶν, ὅτι εἰς πέντε κώμας τὴν Μαντινέων διῴκισαν πόλιν Λακεδαιμόνιοι. Quod de Lacedaemoniis in ultima nota scribit *Ammonius:* οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν ἐν Ἀρκαδίᾳ Μεγάλην πόλιν διῴκισαν· perhumaniter equidem per literas me edocefecit Vir Maximus, *Petrus Wesselingius*, cuius verba verecunde subiiciam: *In eam urbem*, (*Megalopolin*) *Spartanis invitis*, *Arcadum plures commigraverant: quam ob rem magno studio egerunt*, *ut singuli suos in vicos sedesque* 172 *pristinas conpellerentur*, *ut Demosth. Orat. de Megalopolit, extrema seu p.* 126. *edit. Graec innuit; quae res per gradus quosdam tandem ab illis perfecta est. vid. Diodor. XV*, p. 507. *et Pausan. VIII. p.* 656. etc. Plura indidem promere possem, nisi modus esset adhibendus.

CAPUT III.

Servus domi natus Οἰκότριψ. *Scripseritne Amm.* διατριβόμενος; *vulgatam tuetur nomen* Θρεπτός. *Alumnus.* Ἔντροφος. *Phrynichus emendatur. Tribuaturne Soloni vox* Οἰκεὺς, *an vero* Οἰκέτης; *posterius probabile. Unde hauserint, quae ex Solonis axibus producunt Grammatici?* Οἴναρα, *pampini. Hesych. corrigitur.* Οἰνάνθη. *Epigoni epigramma vitio liberatur.* Βότρυες πεπανοί.

Οἰκότριψ καὶ Οἰκέτης διαφέρει. Οἰκότριψ μὲν γὰρ ὁ ἐν τῇ οἰκίᾳ διατρεφόμενος, ὃν ἡμεῖς θρεπτὸν καλοῦμεν·

Οἰκέτης δὲ, ὁ δοῦλος ὁ ὠνητός.] *Hesychius*: Οἰκότριψ, ὁ θρεπτός. διαφέρει δὲ οἰκέτης οἰκότριβος. ὁ μὲν γὰρ οἰκότριψ ἐκ γονέων δοῦλος· ὁ δὲ οἰκέτης, οὐ πάντως· ἀλλὰ καὶ ὁ αἰχμάλωτος, καὶ ὁ ἐν οἴκῳ ὤν. his verbis tres modos, quibus servi adquirebantur, complexus censeri potest. Servus *domi natus* Atticis οἰκότριψ. In istis autem *Ammonii* verbis: ὁ ἐν τῇ οἰκίᾳ διατρεφόμενος· non sine verisimilitudine cogitari posset scribendum διατριβόμενος· tametsi sequentia mutationi videntur obniti. *Aristophanes* Grammaticus, quem non invitus plerumque sequitur
173 Noster, hanc nominis rationem tradidit, et οἰκότριβας dictos fuisse monuit διὰ τὸ ἐγκεχρονικέναι καὶ κατατετρίφθαι, teste *Eustath.* ad Il. Ψ. p. 1450. *Scholiastes* etiam *Aristoph.* ad Thesmoph. v. 433. eo nomine indicari scribit συνεχῆ τινα περικύλισιν καὶ πλάνησιν διατριβήν τε ἐν τῇ οἰκίᾳ δεσπότου. Verum, uti incepi dicere, nihil adeo est caussae, cur διατρεφόμενος loco moveamus; inprimis cum mox subiungat *Ammonius*: ὃν ἡμεῖς θρεπτὸν καλοῦμεν, *alumnum*. Optimae *Philoxeni* Glossae: *Alumnus*, Οἰκοτραφής, Τρόφιμος, Θρεπτός. Eaedem Glossae plura subministrabunt. *Salvianus* epist. II. ad Eucherium: *Ursicinus alumnus tuus salutationem tuam proxime ad me detulit.* quem in eadem etiam epistola *servum* vocat. *Vernulae* ὑποκοριστικῶς dicebantur θρεπτάρια. qua ratione etiam secundum *Poll.* III. 76. τὸ παιδίον, τὸ ἐκ τῶν οἰκοτρίβων, οἰκοτρίβιον ὠνόμαζον. Quando *alumni* mentionem inieci, *Plauti* verba adscribam e Mil. Glor. III. 1. v. 104.

Quid? nutrici non missurus quicquam, quae vernas alit?

Docte prae aliis ad hanc rem notavit *Thomas Gataker*. ad *Antonin.* I. §. 16. p. 35. Pro θρεπτὸς etiam ἔντροφος dicebatur; vocis tamen usum Atticis vix concedit *Phrynichus*, cuius hanc exhibet notam *Nunnesii* editio p. 34. Αὐτότροφος μὴ λέγε, ἀλλ' οἰκόσιτος, ὡς Ἀθηναῖος· μηδὲ οἰκογενῆ, ἀλλ'. οἰκότριβα κ. τ. λ. In *Vascosana* sequentia reperies; Εὔτροφον μὴ λέγε· μήποτε ὡς Ἀθηναῖοι· μηδὲ οἰκογενῆ, ἀλλ' οἰκότριβα: quae quamvis mendosa qui ad priora

contenderit, non dubitaturum confido, quin binae Grammatici notae male coaluerint, hac vel simili ratione seiungendae: *Αὐτότροφος μὴ λέγε, ἀλλ' οἰκόσιτος, ὡς Ἀθη-* 174 *ναῖοι.* † *Ἔντροφον μὴ λέγε, μηδὲ οἰκογενῆ, ἀλλ' οἰκότριβα.* In libro, quem Doctiss. *Röverus* mihi utendum dederat, nonnemo *ἔντροφον* correxerat. *Παρὰ δὲ Σόλωνι*, inquit *Ammonius*, *ἐν τοῖς ἄξοσιν Οἰκεὺς κέκληται ὁ οἰκότριψ.* quo loco usus est *Petitus* ad LL. Att. p. 130. ubi *Petitum* reprehendit *Salvinius* in Miscell. Obs. Vol. IV. p. 259. Pari iure notare potuisset *Nunnesium*, qui eundem, quem *Petitus*, errorem, si tamen is error dicendus est, commisit ad *Phryn.* p. 41. *Valesius* in not. *Mauss.* ad *Harp.* in v. *Οἰκέως* *Ammonii* verba produxit, neque etiam mendi suspicionem movit. Mihi vero haec adnotatio permira videtur, et suspicor fere pro *οἰκεὺς* legendum *οἰκέτης*· neque enim, si vulgatam retineas, quidquam reperitur, cur *Solonem* advocaret *Ammonius*, cum et *Sophocles vernam Οἰκέα* vocaverit Oed. Tyr. v. 766.

Οἰκεύς τις, ὅσπερ ἵκετ' ἐκσωθεὶς μόνος.

et ne emptum, aut bello captum intelligeremus, effecit versu 1135.

Ἦν δοῦλος οὐ ὠνητὸς, ἀλλ' οἴκοι τραφείς.

Probabile itaque *vernam* a *Solone οἰκέτην* nuncupatum; idque *Ammonius* videtur hausisse ex veterum, qui in *Solonis* axes olim ferebantur, commentariis, a *Fabricio* in Bibl. Gr. II. c. XIV. §. 17. memoratis. Iisdem, nisi fallor, pleraque etiam accepta ferimus, quae Grammaticorum nobis diligentia conservavit.

Οἴνη καὶ Οἰνάνθη διαφέρει. Οἴνη μὲν γὰρ ἡ ἄμπε- 175 *λος· Οἰνάνθη δὲ, ἡ πρώτη τῶν βοτρύων ἐξάνθησις· Οἰνάρια δὲ, τὰ φύλλα.*] In notis pro *Οἰνάρια* correxi *Οἴναρα*· id ne quis nullius existimet momenti, praemittam *Diphili* versum e Parasito, quem inter alios retulit *Athen.* X. p. 422. C.

—— ἐμβαλεῖς ——
Οἰνάριον εἰς λάγυνον, ἀλλ' οὐ κάραβον.

ubi quantum *Οἰνάριον* ab *Οἴναρον* diftet, nemo non vid rit. *Οἴναρα*, *pampinos*, five τὰ τῆς ἀμπέλου φύλλα inte pretantur *Timaeus* in Lex. *Platon.* Bibl. *Coislin.* p. 4{ *Schol. Theocr.* ad Idyll. VII. v. 134. *Suidas*, et *Hefychi* apud quem tamen etiam, quod vitiofe legitur: *Οἶνα*, τῆς ἀμπέλου φύλλα, mutandum in *Οἴναρα*. Alibi *He chius*: *Τῶν οἰνάρων, τῶν τῆς ἀμπέλου φύλλων*· quo in le alicui videri poffet refpexiffe ad *Alciphron.* III. Epift. xx ὁλοκλήρους ἀπέτεμον τῶν οἰνάρων τοὺς βότρυς· quod m quidem non probatur. Eleganter *Xenophon* Oecon. 866. C. *vitis* περιπετεννύουσα τὰ οἴναρα, ὅταν ἔτι ἁπαλοὶ οἱ βότρυες ὦσι, διδάσκει σκιάζειν τὰ ἡλιούμενα τ τὴν τὴν ὥραν· *poftea quam vero uvae incipiunt maturef re*, φυλλοῤῥοοῦσα διδάσκει ἑαυτὴν ψιλοῦν. Quod a reliq difcernit *Ammonius*, *Οἰνάνθη* in *Cyrilli* Gloffario reddi τὸ ἄνθος τῆς ἀμπέλου· *Suidae* ἡ πρώτη ἔκφυσις τῆς ἀ πέλου· qua in re fatis etiam trita non morarer, fi non i dem opera *Epigoni Theffali* epigramma in Anthol. I. xvi. ep. 5. emendari poffet.

Ἡ πάρος εὐπετάλοισιν ἐν οἰνάνθαις νεάσασα
Καὶ πεπανῶν βοτρύων ῥᾶγα κομισσαμένη
Νῦν οὕτω γραιοῦμαι. —— ——

176 quo in loco inepte vulgatur τεταvῶν βοτρύων. *Hefy* Ὡραίων, τῶν πεπανῶν. *Βότρυες πεπανοὶ* funt *molles uv* Voces πεπανὸς et πεπαίνειν hac in fede funt propri Anthol. III. c. xxv. ep. 23. Βότρυν ἀπ' οἰνάνθης ἡμε eodem fenfu pofuit *Alcaeus*.

CAPUT IV.

Quam ob rationem Athenienfes carcerem Οἴκημα vocari Id ipfum pro cella meretricia frequenter ufurp Achillis Tatii et Nicandri apud Athen. verba tentant Στῆναι ἐπὶ οἰκήματος *et* καθέζεσθαι· *hinc proftibula profedae.* Τέγος *et* στέγος. *Leopardi emendatio v dicatur.* Ἄχρι τοῦ στόματος *locutio proverbia Sufpicio in loco Pindari.* Ἐργαστήριον, *opificina.*

Οἶκος, Οἰκία, Συνοικία, Οἴκημα, Οἰκίσκος, καὶ Δωμάτιον διαφέρουσιν.] Reliqua, quae hic traduntur, omittam: interim nonnulla ad *Οἴκημα* notabo. *Οἴκημα*, inquit *Ammonius*, *τὸ τέγος ἢ τὸ δεσμωτήριον.* *Carcerem* eam ob rationem *Οἴκημα* vocarunt Athenienſes, ut rei horrorem verbi lenitate aliquantulum mitigarent; id enim veteres et prae aliis Athenienſes dabant operam, ut ne mali ominis vocabula frequentarent, obſervante *Helladio* in Chreſtom. qui iſtiusce conſuetudinis in hac voce exemplum proponens, *διὸ καὶ*, inquit, *τὸ δεσμωτήριον Οἴκημα ἐκάλουν*. ubi vide *Meurſ.* p. 68. *Valeſ.* ad *Harpocr.* et legem Atticam apud *Petit.* p. 174. *Achilles Tatius* VI. p. 391. *ſimul* 177
ac intellexerunt, me ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ καθεῖρχθαι, —— *εὐθὺς ἐπὶ τὸ οἴκημα σπουδῇ παρῆσαν.* Pro altero uſu, quo *cellam* dicit *meretriciam*, eiusdem locum adſcribam e libro VIII. p. 491. paulo emendatiorem ac vulgo legitur: *τάχα δὲ καὶ συνεκάθευδες, ἱερεῦ, οἴκημα τὸ ἱερὸν ποιήσας.* Uſi ſunt ea voce *Xenophon* Athenienſis et frequenter Epheſius. Iis, quae notarunt *Perizonius* et *Abrah. Gronovius* Viri Clariſſ. ad *Aelian.* V. H. VI. c. 1. p. 444. nonnulla neque adeo contrita adiiciam. Primus *Solon* effreni Atticae iuventutis libidini meretrices publicitus obiecit: *ἔστησεν ἐπὶ οἰκημάτων γύναια πριάμενος*, uti ſub *Philemonis* teſtimonio ſcribit *Athenaeus* XIII. p. 569. D. Tradit ibidem *Nicander Colophonius*, *Solonem καὶ πανδήμου Ἀφροδίτης ἱερὸν πρῶτον ἱδρύσασθαι, ἀφ' ὧν ἠργυρίσαντο αἱ προστᾶσαι τῶν οἰκημάτων·* legendum videtur: *ἱερῶν πρῶτον ἱδρύσασθαι, ἐφ' ὧν ἡ.* ut ſenſus ſit: *templorum vulgivagae Veneris primum extruxiſſe Solonem, ubi proſtituta ſcorta quaeſtum facerent. Προστῆναι οἰκήματος* ſeu *ἐπὶ οἰκ.* quid differat a *στῆναι*, ex interiori Graeci ſermonis indole docuit *ὁ πάνυ T. H.* in Miſcell. Obſ. Vol. VI. p. 346. *Dinarchus* contra Demoſth. p. 95. A. *τὴν Ὀλυνθίαν παιδίσκην ἔστησεν ἐπ' οἰκήματος.* Sicuti *στῆναι*, pari ratione *καθέζεσθαι ἐπ' οἰκήματος* apud *Aeſchin.* in Timarch. p. 181. A. *ὁρᾶτε τουτουσὶ τοὺς ἐπὶ τῶν οἰκημάτων καθεζομένους, in cellis ſedentes*, ſive verbis *Martialis* IX. Epigr. 59.

— *hos, quos primae proſtituere caſae.*

Herodot. II. c. 121. *filiam ſuam κατίσαι ἐπ' οἰκήματος.*
178 *Valla: domi proſtituiſſe*, ubi *domi* delendum. Latinis *Proſtibula* et uſu minus vulgato *Proſedae* vocantur meretrices. Vide *Wowerium* Elegantiſſ. ad *Petron.* c. VI. p. 29. et in Praecidaneis pro *Petronii* Satyr. Nobiliſſ. *Douſam* III. c. VIII.

Τέγος, qua voce *Οἴκημα* interpretatur *Ammonius*, ſive, ut alii ſcribunt, *στέγος* expoſuerunt *Scaliger* ad *Propert.* p. 270. et *Caſaubonus* in *Suet.* Caligul. c. 57. citatus Cl. *T. H. Heſychius*, corrigente *Salmaſio*: *Στεγῖτιν, τὴν πόρνην.* Praeclaram *Leopardi* emendationem in *Polybii* fragmento apud *Suid.* in v. *Ἔμφασιν· οὐδὲ τῶν ἀπὸ τέγους* (MS. *στέγους*) *ἄχρι τοῦ στόματος εἰργασμένων οὐδεὶς*, non ſpreviſſet, quo erat acumine, *Kuſterus*, ſi ad manum habuiſſet *Machonis* verſum ex *Athen.* XIII. p. 581. F.

Ἄνθρωπον ἄχρι τοῦ στόματος ἠσβολωμένον.

Eodem ſenſu *στέγος* in *Theocriti* Idyll. II. v. 116. eſt accipiendum:

Ἐς τὸ τεὸν καλέσασα τόδε στέγος. ——

Iaſon a Chirone dicitur educatus *λιθίνῳ ἔνδον τέγει* apud *Pindarum* Nem. Od. III. v. 85. ubi ex ambiguo ſimile quid *Pindaro* videtur obverſatum, quod ſi cui a Chironis ſanctimonia videatur alienum, emendet is *Eratoſth.* Cataſt. c. XL. Athenis Ceramicus erat cellis meretriciis nobilis. *Alexis ἐν Πυραύνῳ* apud Athen. VI. p. 258. C.

Τρεῖς ἐν Κεραμεικῷ περιπατήσας ἡμέρας
Διδασκάλους ἐξεῦρον οὗ λέγω βίου,
Ἴσως τριάκοντ' ἀφ' ἑνὸς ἐργαστηρίου.

179 *Opificinam* vocat *Plautus* Mil. Glor. III. III. v. 7. quam *ἐργαστήριον* etiam *Alciphron*: *ἄθλιαι, κλείσατε τὰ ἐργαστήρια,* —— *μία νῦν ἐστιν ἡ τὴν Ἑλλάδα ὅλην διασοβοῦσα, γυνὴ μία*, *Lais* nimirum,

Ad cuius iacuit Graecia tota fores.

Alciphronis locus eſt ex epiſtola inedita, cuius partem ex *Vaticano* Codice deſcriptam adſervat *Iacobus* noſter *Valckenaerius.* Inſcriptio epiſtolae haec erat: *Αἱ ἐν Κορίνθῳ ἑταῖραι ταῖς ἐν ἄστει χαίρειν.*

CAPUT V.

Grammaticorum leges eleganter migrant poëtae. Ὀλίγος pro μικρός. Ὀλίγος κῶρος. In Theocrito ſcribendum μίκκον παῖσδα. Ὀλίγη νῆσος. Super incerti auctoris fragmento, ab Amm. producto; coniectatur id ad Callimachi Hecalen pertinere. Ariſtonicus et aliorum et Homeri commentator. Ennii verſus tentatur.

Ὀλίγον καὶ Μικρὸν διαφέρει. Τὸ μὲν γὰρ Ὀλίγον ἐπ' ἀριθμοῦ· τὸ δὲ Μικρὸν ἐπὶ μεγέθους τάσσεται.] Dici non poteſt, quanta cum venuſtate haec a poëtis permutari ſoleant. *Euſtathius* ad Il. *E.* p. 464. *Cyclops* ὀλίγον τὸν Ὀδυσσέα φησὶ, καὶ Ἡσίοδος δὲ πλοῖον ὀλίγον τὸ μικρὸν ἐν τῷ νῆ' ὀλίγην αἰνεῖν, Oper. et Dier. v. 643. *Heſiodum* imitatur *Antipater* Anthol. I. c. LVII. ep. 16. ὀλίγη νηΐ λεπτὰ ματεύων φύκια. Huc pertinet nota *Schol. Apoll. Rhod.* ad I. v. 955. qui ex *Theocrito* ὀλίγον κοῦρον adnota- 180
vit. Elegans is uſus in primo eius Idyllio obſervatur v. 47.

Τὰν ὀλίγος τις κῶρος ἐφ' αἱμασιαῖσι φυλάσσει.

ὀλίγον hunce κῶρον Idyll. XV. v. 42. vocat μίκκον παῖσδα. Ita enim vulgatam παῖσδε emendandam eſſe, didici ex MS. libello Τοῦ Ἐπισκόπου Κορίνθου περὶ τῶν ἰδιωμάτων τῶν διαλέκτων. Ὀλίγον βρέφος occurrit in *Diodori* epigrammate Anthol. III. c. IX.

Κλίμακος ἐξ ὀλίγης ὀλίγον βρέφος ἐν Διοδώρου
Κάππεσεν.

In ipſa hac nota veteris ſcriptoris verba producit *Ammonius*, in quibus ὀλίγον pro μικρὸν uſurpetur: ὀλίγην νησῖδα Καλυψοῦς. Novi, qui ὀλίγην νῆσον adhibuerint, *Apoll. Rhod.* IV. v. 1712.

Νῆσος —— ὀλίγης ἱππουρίδος ἀντία νήσου.

et *Hermeſianax* in dulciſſima Elegia apud *Athen.* XIII. p. 597. F.

Ἣν διὰ πολλὰ παθὼν ὀλίγην ἐσενάσσατο νῆσον,
Πολλὸν ἀπ' εὐρείης λειπόμενος πατρίδος.

Quae etfi non multum ab ifto, quem dicebam, ufu difcedunt, nihil tamen nos iuvant. Et, ut omnibus conftet, hanc *Ammonii* notam non effe omni difficultate vacuam, primum adfcribam, quae in plerisque ante noftram editionem locum obtinuerat, lectionem: Ἀριστόνικος ἐν ὑπομνήματι, ἐκάλεσ' ἐπὶ στοιχίου ὀλίγην μικρὰν ὑπαλλακτικῶς.

181 Ex prima *Aldina,* quae in feqq. fere Edd. exciderant, in textu repofui: Ἀριστόνικος ἐν ὑπομνήματι ἐκάλεσ' ἐπὶ στοιχείου, ὀλίγην νησῖδα Καλυψοῦς. φασὶ δὲ οὕτω, ὀλίγην, μικρὰν ὑπαλλακτικῶς. Infigne augmentum multo me incertiorem reddidit, ac fui ante, quando fufpicabar, *Ariftonici* expofitionem ad iftum *Homeri* verfum pertinere, qui in hac etiam nota producitur, et pro ἐκάλεσ' legendum ἐκάλεσεν. Sed vana fuit iftaec fufpicio. Latet in corrupta voce ἐκάλεσ', uti auguror, libri index, quem commentario illuftraverit *Ariftonicus*, et e quo fragmentum hoc fuerit decerptum. Quid fi hac ratione priftinam fcripturam reprehenderemus? Ἀριστόνικος ἐν ὑπομνήματι Ἑκάλης, ἐπὶ στίχου·

—— —— ὀλίγην νησῖδα Καλυψοῦς·

φησὶν οὕτως, ὀλίγην, μικρὰν, ὑπαλλακτικῶς. τὸ μὲν κ. τ. λ. Sed haec mera eft et nullo argumento nixa hariolatio. Verum quidem eft, magni olim nominis fuiffe Grammaticos, qui *Callimachi* opera fibi illuftranda fumferant, neque dedecere hos inter *Ariftonicum* retuliffe, qui in *Pindari* et *Hefiodi* fcholiis ita citatur, ut utrumque data opera expofuiffe credi poffit. De eiusdem in *Homerum* Commentario res magis etiam eft explorata tum ex *Etymologo* tum ex *Hefychio*. Ob leve mendum, quod *Hefychio* infedit, *Ariftonicus* in *Pricaei* indice fuit omiffus, citatus in v. Ἀκοστήσας, ὁ δὲ Ἀριστόνικος ἐν ἄχει γενόμενος. *Homeri* verfum, ad quem ea pertinet *Ariftonici* interpretatio, hic fubiiciam ex Il. Ζ. v. 506.

Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ
Δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείει πεδίοιο κροαίνων.

182 Quod *Homeri* loco adnotaveram, lubet hic proponere: nimirum poft *Macrobium* et *Fulv. Urfinum* in *Virg.* cum

Gr. Script. coll. p. 441. diligentius *Homericam* similitudinem cum *Enniana* comparavisse *Hieron. Columnam. Ennii* verba ex Annali II. haec sunt:

Et tunc sicut equus, qui de praesepibus actus
Vincla sueis magneis animeis abrupit, et inde
Fert sese campi per coerula laetaque prata.

Quod vero Ill. *Columna* arbitrabatur, *Ennium* vocem ἀκοστήσας praetermisisse intactam, id mihi probari vix potest. Qui verbum ἀκοστήσας optime sunt inter veteres interpretati, id reddiderunt per κριθιάσας, καὶ ὑπὸ τῆς τροφῆς ἀκρατὴς ὤν. Hos, ut puto, sequutus *Ennius*, pro ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ posuerat:

—— *qui de praesepibus altus*

aut, quod etiam malim:

—— *qui de praesepibu' pastus.*

Neutrum ab *Ennio* alienum. *Varro* apud *Nonium* in *Altum: — altus alieno sumptu. Idem* in v. *Grave: ubi graves pascantur atque alantur pavonum greges.* His adde *Euripidae* versum ex Hippolyt. 1240.

Στῆτ᾽, ὦ φάτναισι ταῖς ἐμαῖς τεθραμμέναι.

CAPUT VI. 181

Ὄλμος, pila, mortarium. Ὄλμος μυρεψῶν marmoreus. Emendatur Hesychius. Ὕπερος. Scholion Hom. ineditum, Ἰγδοκόπανον. Differentia inter Ὅσιον et Ἱερόν. Παρείας serpentis genus. Catullus menda liberatur. Orgia Bacch. celabantur. Tentatur Orphei locus.

Ὄλμος καὶ Ὅρμος διαφέρει. Ὅλμος μὲν γάρ ἐστι μυρεψικὸν σκεῦος, εἰς ὃ κόπτονται τὰ εἴδη τὰ μυρεψικά.] Vas sive lapideum seu ligneum in formam globosam excavatum, quibuscunque demum rebus tundendo conterendis inserviens, Ὅλμος dicebatur. *Ligneum* ὅλμον ad usum rusticum praescribit *Hesiodus* Operum et Dier. v. 423. Propter figuram orbicularem ὅλμου meminit *Homerus* Il. *Λ.* v.

147... ad quem locum ita fcribit *Euftathius* p. 770. "Ὄλμος λίθος ἐστὶ στρογγύλος κυλινδροειδής, ἢ σκεῦος κοῖλον ἐκ λίθου ἢ καὶ ξύλου, ἐν ᾧ πτίσσονται κοπτόμενα ὄσπρια ἢ ἕτερά τινα. In fcholiis ineditis plura leguntur, quae mox producam, poftquam eum, quem *Ammonius* tangit, mortarii ufum illuftravero. *Hefychius*: "Ὄλμος, περιφερὴς λίθος, βάρβαρυς, ἐν ᾧ τὰς βοτάνας τρίβουσι. pro βάρβαρυς non βαρὺς cum *Palmerio*, fed μαρμάρεος eft reftituendum. *Mortarium marmoreum* olim ab ungentariis non fuiffe alienum hodiernus ufus declarat. *Cyrillus* in Lex. MS. "Ὄλμος, ἐν ᾧ πτίσσουσι τὰς κριθὰς, καὶ τὸ τῶν μυρεψῶν, ἐν ᾧ καταλειαίνουσι τὰ παχύτερα τῶν μυρεψικῶν· τὸ δὲ τύπτον ὕπερον λέγεται. ubi potius ὕπερος fcribendum.
184 *piftillum*, ὕπερον, *Hefiodus* fieri voluit τρίπηχυν. In fapienti *Salomonis* dicto Prov. XXVII. 22. *Aquila* et *Theodotion* ἐν ὅλμῳ ἐν ὑπέρῳ pofuerunt. Nunc tandem ineditum in *Homeri* l. c. Scholion fubiiciam: "Ὅλμον φασὶν οἱ παλαιοὶ λίθον στρογγύλον· ἕτεροι δὲ φασιν, ὅλμον λέγεσθαι σκεῦός τι, ὅπερ ὀγδοκόπανον πεζολόγοι εὑρίσκεσθαι. (ita MS.) ὅθεν καὶ οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐπί τι τερατολογοῦντας ἔφασκον ἐπ᾽ ὅλμον κοιμᾶσθαι. διὸ καὶ Παυσανίας ἐπί τινα γραφὴν ἔλεγε παρ᾽ ὅλμον ὑπνώττειν· καὶ εἰς παροιμίαν τὸ πρᾶγμα ἐξέπεσε πρὸς τὰ μαντικὰ ἀφορῶντας. ἐτυμολογεῖται δὲ παρὰ τὸ ὅλλειν καὶ μειοῦν τὰ ἐν αὐτῷ πτισσόμενα. Maculas, quae huic notae ad MS. ductus defcriptae infident, aliis eluendas trado; huius tamen eft loci, ut pro ὀγδοκόπανον corrigatur ὀγδοκόπανον.

"Ὅσιον καὶ Ἱερὸν διαφέρει.] Quod fupra dicebam, ὅσια et ἱερὰ pari ratione differre, qua βέβηλα et ἀβέβηλα, id bina quae fubiiciam loca fatis firmabunt. Horum alter eft in *Ariftoph.* Lyfiftr. v. 744.

Ἕως ἂν εἰς ὅσιον μόλω 'γὼ χωρίον.

ubi *Schol.* ἀντὶ τοῦ εἰς βέβηλον, καὶ μὴ ἱερόν. Alter *Sophoclis* eft in Oed. Col. v. 54.

Χῶρος μὲν ἱερὸς πᾶς ὅδ᾽ ἔστ᾽.

facer eft, et a profano ufu femotus. Hinc ratio petenda difcriminis, quod hac in nota tradit *Ammonius*: "Ὅσια μὲν

γὰρ τὰ ἰδιωτικὰ, ὧν ἐφίεσθαι ἔξεστι καὶ προσάψασθαι· Ἱερὰ δὲ τὰ τῶν θεῶν, ὧν οὐκ ἔξεστι προσάψασθαι· et in eam ſententiam producit verba *Demoſth.* e Timocratea, quibus ex eadem orat. p. 474. C. addi poſſunt ſequentia: 185
τοὺς ἔχοντας τά τε ἱερὰ καὶ τὰ ὅσια χρήματα καταβάλλειν εἰς τὸ βουλευτήριον. Alia dabit *Valeſius* ad *Harpocr.* in Ὅσιον· qui in *Demoſth.* τὰ ὅσια recte interpretatur τὰ δημόσια. Ad eam rem prae ceteris egregius eſt eiusdem in Leptinea locus p. 377. C. ὅτι δ᾽ οὐκ ἔστι ταυτὸν ἱερῶν ἀτέλειαν ἔχειν καὶ λειτουργιῶν, ubi *Ulpianus* p. 162. C. διαιρεῖ γὰρ, inquit, τίνα μὲν χρὴ καλεῖν ἱερὰ ἀναλώματα, τίνας δὲ λειτουργίας. λεῖτον δὲ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ δημόσιον. *Solon* etiam τὰ ὅσια oppoſite ad ἱερὰ vocat δημόσια in pulcra, quam *Demoſtheni* debemus, Elegia:

Οὔθ᾽ ἱερῶν κτεάνων, οὔτε τι δημοσίων
Φειδόμενοι, κλέπτουσιν ἐφ᾽ ἁρπαγῇ ἄλλοθεν ἄλλος.

Iſtam *Solonis* Elegiam, egregium antiquitatis monumentum, turpes maculae deformant.

Παρειαὶ καὶ Παρεῖαι διαφέρουσιν.] *Παρεῖαι* ſunt ὄφεις τινὲς μετέωρα τὰ παρεῖα ἔχοντες. *Etymologus* MS. *Παρείας*, εἶδος ὄφεως, οὗ τὸ δῆγμα βλάβης ἀλλότριον. Quae ad hunc locum porro notari potuiſſent, *Valeſius* in not. *Mauſſ.* ad *Harp.* in v. *Παρείας ὄφεις*, et *Spanhemius* ad *Ariſtoph.* Plut. v. 690. iam praeceperunt. Huiuscemodi ſerpentum fuit uſus in Bacchanalibus. Quando autem *Iſ. Voſſius Demoſthenis* locum, in quo huius rei fit mentio, *Catullo* admovit p. 222. neque quidquam praeterea hac de re proferri poſſit, ſuper illo *Catulli* loco coniecturam lubet proponere. Verba ſunt in Carm. LXIV. v. 258. et ſeqq.

Pars ſeſe tortis ſerpentibus incingebant:
Pars obſcura cavis celebrabant orgia ciſtis,
Orgia, quae fruſtra cupiunt audire profani.

Quo in loco pro *celebrabant* corrigendum cenſeo *celabant*; 186
quae tam vera videtur emendatio, ut mirer, manifeſtam corruptelam perſpicaces commentatores praeteriiſſe, inprimis vero *Ioſ. Scaligerum*, qui unicum quidem, ſed qui ſolus mutationem ſuaderet, locum produxit. Huic alia

porro adiungam. *Apulei.* XI. Metam. p. 262. *Ferebatur ab alio cista secretorum capax, penitus celans operta magnificae religionis.* Psyche libro V. p. 174. orat *per tacita sacra cistarum.* *Tibullus* I. El. VIII. v. 48.

Et levis occultis conscia cista sacris.

Orgia ciſtis *celata* exhibet *Orpheus* Argon. v. 902.

Εἰ μή τις τελετὰς πελάσει καὶ θύσθλα καθαρμῶν,
Ὅσσα περ ἀρήτειρα καθάρματα μύστις ἔκευθε.
Δεινολεχὴς Μήδεια Κυτηϊάσιν μίγα κούραις.

Is etiam locus eſt depravatus, quem, voce *μύστις* in *κίστις* mutata, leviſſimo opere reſtitues:

Εἰ μή τις τελετὰς πελάσῃ καὶ θύσθλα καθαρμῶν
(Ὅσσα περ ἀρήτειρα καθάρματα κίστις ἔκευθε)
Δεινολεχὴς Μήδεια Κυτηϊάσιν μίγα κούραις.

ſenſu, ut apparet, planiſſimo: *ἀρήτειρα κίστις ἔκευθε, ſacra cista celabat, θύσθλα καθαρμῶν.*

CAPUT VII.

Πάσασθαι prima producta pro γεύσασθαι, eadem correpta pro κτήσασθαι poni. Loca proferuntur Theocr.
187 *et Theogn. in quibus pro πασσάμενος ſcribendum ſit πασάμενος. A Πάω, παὸς et πηὸς, adfinis. Παῶται. Πᾶμα, Theocriti Fiſtula et Doſiadae Ara illuſtrantur. Ad eam legem Πολυπάμων in Suidae Cod. Leid. Βουπάμων· virgo ἐπίκληρος, obſervante Cl. Hemſterhuiſio, Αὐτοπάμων et Ἐπιπαματίς.*

Πάσασθαι, *βραχέος μὲν ὄντος τοῦ α, τὸ γεύσασθαι δηλοῖ· ἐν ἐκτάσει δὲ τούτου, τὸ κτήσασθαι.*] Huiuscemodi Grammaticorum praeceptis ſemper eſt auſcultandum. In *πάσασθαι*, ubicunque *guſtandi* et *comedendi* poteſtate pollet, prima ſyllaba brevis eſt, et, ubi longam poſtulat verſus, poëtae *Πάσσασθαι* ſcribere conſueverunt. Iis, quae notavit *Athen.* I. p. 23. et 24. adde *Soph.* Antig. v. 207. *Apoll. Rhod.* I. v. 1072. II. v. 1181. *Arat.* Phaenom. v. 132. *Oppian.* Halieut. I. v. 26. etc. Contra *Πάσασθαι* pro *κτή-*

σασθαι primam producit. *Cyrillus* in Lexico: Πολυπάμμονος, πολυπλουσίου. Πάμματα γὰρ καλεῖται παρὰ Δωριεῦσι τὰ κτήματα. καὶ πάνσασθαι, (quinimo πάσασθαι) τὸ κτήσασθαι, ἐκτεινομένου τοῦ ἄλφα. Huius rei ignoratio non pauca veterum loca corrupit. Sicubi pro κτησάμενος offendas πασσάμενος, id continuo librariorum inperitiae tribuendum eſt, eiusque loco πασάμενος ponendum; itaque etiam *Caſaubonus* in veteri *Pytheae* epigrammate apud *Athen.* XI. p. 465. E. pro vulgata πασσάμενος, πασάμενος reſtituendum eſſe monuit. Eadem medela *Theognidi* eſt admovenda v. 146.

Βούλεο δ' εὐσεβέως ὀλίγοις σὺν χρήμασιν οἰκεῖν,
Ἢ πλουτεῖν ἀδίκως χρήματα πασσάμενος.

In *Theocriti* Idyllio XV. verſu 90. 188

Μᾶ πόθεν ὤνθρωπος; τί δὲ τὶν, εἰ κωτίλαι εἰμές;
Πασσάμενος ἐπίτασσε.

legendum ex *Etymologo* p. 681. v. 54.

Πασάμενος ποτίτασσε.

Eo non minus tribuo emendationis laudem *Mureto*, qui ob eam, quam dixi, rationem apud *Theocritum* πασάμενος corrigendum eſſe animadvertit, et, ut erat homo elegans et venuſtus, inſignem perdifficilis Idyllii partem commode enodavit II. Var. Lection. cap. XX. Porro videor mihi non indecenter aliquantulum verbo Πάσασθαι inhaeſurus. Priſtina forma fuit Πάω· quae e libris noſtris exulat, niſi quod apud *Etymologum* eo quem citavi loco legatur: Πάω, πῶ, ἔστι. τὸ κτῶμαι. Proxime hinc derivatum remanſit Παὸς, *adfinis. Euripides* Androm. v. 641. γαμβρὸν πεπᾶσθαι, *generum adquiſiviſſe bonum, quamvis pauperem, praeſtat, quam divitem pravum.* Παὸς extat apud *Theocrit.* Idyll. XVI. v. 25. Πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι παῶν, quanquam eo in loco ad formam Ion. et ab *Homero* uſurpatam πηῶν legiſſe videtur *Heſychius*, qui Laconicam hanc etiam gloſſam nobis ſervavit: Παῶται, συγγενεῖς, οἰκεῖοι· Λάκωνες. prouti legendum prae aliis contendit *Tan. Faber* II. Epiſt. XXXIX. Frequentius iſtae formae recurrunt, quas Πέπαμαι propagavit, ita ſcribendum, non πέπαμμαι.

nam quod *Kusterus* ad *Suidam* in Ἐπεπάμεθα suspicabatur, id re minus explorata scripserat, tametsi, quod restitutum volebat, legatur in Anthol. III. c. XXXIII. ep. 16.

189 Pulcrum est *Pempeli* Pythagorei dictum apud *Stobaeum* Tit. LXXVII. p. 460. σεμνόν τι καὶ θείας φύσεος πεπαμένον ἀμῖν τὸ τῶν φυτησάντων ἵδρυμά ἐστιν. A πέπαμαι vetus vocabulum Πᾶμα· quod binis, quae mihi tantum innotuere, testimoniis confirmatum ibo. Prius suppeditabit *Theocriti* Fistula:

Ὧι τόδε τυφλοφόρων ἐρατὸν
Πᾶμα Παρὶς θέτο Σιμιχίδας.

Cui gratam hanc pastoritiam supellectilem sacram fecit Theocritus. Ita exponunt *Scholiastae* inediti. apud alterum vitiose πάμμα legitur; alter, Πᾶμα δὲ, inquit, κτῆμα. Ουψ (L. Ὅμηρος) πολυπάμμονος ἀνδρὸς ἐν αὐλῇ. His subiungam locum ex Ara *Dosiadae* prima:

Μαύλιες δ᾽ ὕπερθε πέτρης Ναξίας θοούμεναι
Παμάτων φίδοντο Πανός.

quae ita Latine reddo: *Sacrae secures, quas Naxia cos acutas reddiderat, ovium tamen sanguine tingi timuerunt.* Locum bene etiam cepit *Fortunius Licetus* in Encyclopaedia, quam vocat, ad aram mysticam *Nonarii* Terrigenae p. 90. et seqq. Monendum vero, secundum me versum ita adposuisse, uti eum legendum iudicabat *Salmasius*; in primo scripsi πέτρης Ναξίας e Cod. *Palatino*. Novi, qui omnia, quae *Salmasius* edidit, obscura poëmatia ad MSS. collata, cum ineditis scholiis quamplurimis, in lucem aliquando exponere cogitet. In primo *Dosiadae Scholiasta* sequentia legebantur: Παμμάτων ἢ κτημάτων τοῦ Πανὸς, τουτέστιν αἱ μάχαιραι οὐ σφάττουσι πρόβατα καὶ βόας, 190 ὧν ἔφορος ὁ Πάν. Recte tertius *Schol.* Παμμάτων exponit τῶν θρεμμάτων. utrobique παμάτων corrigendum, et ad eam legem omnia veterum loca sunt reformanda: qua in sententia, certa ratione nixa, praeeuntem habeo *Salmasium* ad Aram *Dosiad.* p. 132. Optimus *Suidae* Codex MS. Bibliothecae *Lugd. Bat.* formam Πολυπάμων a communi labe intactam diligenter conservavit in v. Πέπατο. eandem

in *Etymologo* monstrabit *Sylburgii* Index. Βουπάμων scripserat, nisi fallor, *Leonides* in Anthol. III. c. vi. ep. 57. Virginem ἐπίκληρον veteres Αὐτοπάμονα vocavisse a plerisque omnibus ignorabatur, usque dum Cl. *Hemsterhuisii* emendationem in lucem protraxit *G. Arnaldus* in add. ad Variar. Coniectur. libros p. 414. Est et aliud virginis ἐπικλήρου nomen tam mirabiliter in *Eustathii* ad *Hom.* commentario mendosum, ut priscae lectionis vix vestigia contineat, et *Salmasio* crucem fixerit, de Mod. Usur. c. iv. p. 167. Tandem portentum vocabuli μάνδας in ἐπιπαματίδας mutandum esse, monuit ad *Poll.* X. 20. *Tiberius Hemsterhuisius.*

CAPUT VIII.

Παρακρούσασθαι unde devenerit in decipiendi notionem? Schol. Aristoph. emend. Κρουσιμετρεῖν et Κρουσιδημεῖν. Πενέστης apud Thessalos dicebatur bello captus. Χειρωθεὶς in Amm. legendum pro δωρηθείς. Menonis Pharsalii 300 Penestae, an 200. Nili nomen ex Amm. erasum. Acuta Arnaldi coniectura. Πειραστὴς recentiorum scriptorum vocabulum, antiquissimis ignoratum. 191
Sophoclis ex Aegeo versus corrigitur.

Παρακέκρουσται καὶ Παρακέκρουται διαφέρει.] Longe diversi generis haec est observatio, atque erat superior, et minoris momenti. Verbum παρακρούεσθαι decipiendi notione πολὺ ἐστι παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἀττικοῖς καὶ παρὰ Δημοσθένει, uti scribit *Harpocration*. Metaphoricae significationis duplicem originem proponit *Etymologus*, quarum dum neutra abhorret, altera tamen videtur verior, qua huic verbo fallendi potestatem adhaesisse observat ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς ζυγοῖς ἱστώντων, οἳ τοῖς σταθμοῖς παρακρούουσιν, ἵνα ὃ βούλονται μέρος καθέλκῃ βαρυνόμενον τῇ κρούσει. Id *Phocylides* vocat σταθμὸν κρούειν ἑτερόζυγον v. 43. Corrige *Schol. Aristoph.* ad Equit. v. 855. Κρουσιδημῶν —— ἔστι γὰρ παρακρουσόμενον μέτρον, ὃ λέγεται ἐπὶ τῶν τοῖς μέτροις παραλογιζομένων. ubi legendum puto: ἔστι γὰρ παρὰ τὸ

κρουσιμετρεῖν, *ὃ λέγεται* *ἑ. τ.* non intercedam tamen, quominus *Kuſteri* quis aut *Aem. Porti* emendationem amplexetur. *Heſychius*: *Κρουσιδημῶν*, *κρουσιμετρῶν*, *ἀπὸ τῶν ἐν τῷ μετρεῖν ἀπατώντων.* ſic enim legendum. *Caſaubon.* ad *Perſ.* Sat. I. p. 44. verbum *κρουσιμετρεῖν* erudite expoſuit. Vid. *Ariſtoph.* Nubib. v. 450. *Schol.* et *Heſychium* in *Παρακρουσιχοίνικος*. Vim verbi *παρακρούεσθαι* egregie expreſſit *Lucianus* in Timone §. 57. locum ſubiiciam, quia inprimis eſt iocoſus; Timon enim, dum liberali manu adulatori pugnos admetiebatur, indignanti Thraſycli, *τί ἀγανακτεῖς*, inquit, *ὦ 'γαθὲ Θρασύκλεις*; *μῶν παρακέκρουσμαί σε*; *καὶ μὴν ἐπεμβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον τέτταρας.* quem locum qui decies legerit, nova ſemper voluptate ſeſe perfundi ſentiet.

192 *Πελαστὴς καὶ Πενέστης διαφέρει. Πελαστὴς μὲν γὰρ ὁ πρόσφυξ· Πενέστης δὲ παρὰ Θεσσαλοῖς ὁ κατὰ πόλεμον δωρηθείς.*] Quod ſaepenumero accidit, ut, quod primum videbatur veroſimillimum, ſi diligentius ad animum revoces, multum de probabilitate ſua amittat, idem hic etiam locum habet. *Meurſii* coniectura in Miſcell. Lacon. II. c. VI. apud *Ammonium* pro *δωρηθεὶς* legentis *ζωγρηθεὶς*, cum a re ipſa non ſit aliena, ad corruptae vocis literas prope accedit; nihilominus quovis auſim pignore contendere, *Ammonium* ſcripſiſſe: *ὁ κατὰ πόλεμον χειρωθείς*· addit enim *ὡς παρὰ Λάκωσιν οἱ Εἵλωτες*· iam vero *Helotes* notante *Etymologo* p. 300. v. 13. dicebantur *οἱ μὴ γνήσιοι δοῦλοι Λακεδαιμονίων*, *ἀλλὰ πρῶτον χειρωθέντες.* par fuit *Peneſtarum* ratio. Deinde ductus literarum *Δ. Λ.* X. valde in membranis adfines, dici non poteſt, quantis erroribus dederint originem. Ceterum de *Peneſtis* copioſe egerat in Theſſalicis *Staphylus*, quod ex *Harpocrat.* novimus. *Τοὺς δουλεύοντας τῶν ἐλευθέρων πενέστας καλεῖσθαι παρὰ Θεσσαλοῖς*, ex *Theopompo* tradit *Schol.* *Theocriti* ad Idyll. XVI. in quo v. 35. *πενέσται* memorantur. In *Euripidae* Heraclid. v. 639.

Ὕλλου πενέστης· οὔ με γινώσκεις ὁρῶν;

Theſſalus Menon trecentis *Peneſtis* Athenienſes adiuviſſe

dicitur apud *Demosth.* in Ariftocrat. p. 457. A. *Μένωνι τῷ Φαρσαλίῳ —— τριακοσίοις ἱππεῦσι πενέσταις ἰδίοις βοηθήσαντι —— πολιτείαν ἔδοσαν·* quae totidem verbis leguntur etiam in oratione *περὶ τῆς συντάξεως* p. 70. C. nifi quod ibi pro *τριακοσίοις* extat *διακοσίοις·* qui, utra genuina fit lectio, coniectando adfequi valuerit, nae is magnus oportet fit coniector. In pofteriori loco *πενέστας* non bene per 193
clientes reddidit *Wolfius*, priorem locum tantum citat *Harpocration*.

Πειραστὴς καὶ Πειρατὴς διαφέρει. Πειραστὴς μὲν γὰρ ὁ πειράζων· Πειρατὴς δὲ, ὁ θαλάσσιος λῃστής. καὶ Νεῖλος, Τὰς διαλυθείσας σανίδας καταλιπόντες τοῖς πειραταῖς.] Vetuftiffimos Graeciae fcriptores *πειρατὰς marinos* vocaffe *praedones*, haud dixero. Proptereane crederem, huic voci adferendae *Nilum* ab *Ammonio* advocatum? Nihil minus. Cedo tu mihi ex *Leonis Allatii* Diatriba aut aliunde *Nilum*, cui ifta in *Ammonio* ῥῆσις ulla poffit ratione convenire? neminem dederis, nifi infimi aevi homines, aut certe ad *Ammonii* antiquitatem neutiquam comparandos. Hinc factum eft, ut diu fuerit apud me hic locus de mendo fufpectus, quod tamen, five hac tentabam five illac, tolli a me non poterat. Rogavi itaque Cl. *Arnaldum*, in quo praeter infignem doctrinae copiam femper admiratus fui infitam acute cogitandi virtutem, ut adfecto loco medelam admoveret; is, ut eft facilis mihique amiciffimus, mox eam, quam inportuna *Nili* mentio iniecerat, mihi ademit follicitudinem, meque per literas monuit, pro *καὶ Νεῖλος, Τὰς δ.* fibi legendum videri: *καὶ νηὸς τὰς διαλυθείσας σ.* qua emendatione nullam veriorem, paucas elegantiores dari poffe contendo. Adfcribam verba e *Xenoph. Ephefii* II. p. 34. *καὶ τῆς νεὼς διαῤῥαγείσης μόλις ἐν σανίδι τινὶ σωθέντες ἐπ' αἰγιαλοῦ τινὸς ἦλθον.* Ab hoc loco non longe is fuit diverfus, e quo pauca produxit *Amm.* cuiuscunque demum fint auctoris. Quod vero paulo ante incipiebam dicere, id, ut opinor, dubio vacat. Vetuftiores et cultiores *piratas* (quam vocem Latini poft 194
Varronem frequentarunt) generaliori nomine *λῃστὰς* appellare folent, vel etiam *τοὺς ἐν τῇ θαλάσσῃ κακουργοῦντας.*

Neminem forsan habemus, qui πειρατὴς eo sensu adhibuerit, antiquiorem Graeco *Iobi* interprete c. XXV. v. 3. Unius *Nicarchi* locum ex Anthol. II. c. VI. ep. 5. in v. Πειρατὴς adduxit *Stephanus* Thes. T. III. p. 159. Occurrit etiam in *Polybii* fragmento apud *Suidam* in Καταβολή. apud *Achillem* autem *Tatium* et *Xenophontem Ephesium* usu longe frequentissimo. Quibus adde, si lubet, Grammaticos, *Hesychium* in Καρῖται et in Μερμηρικοί. *Etymolog.* et *Suid.* in v. *Schol. Soph.* ad init. Aiac. *Schol. Oppian.* I. Hal. v. 649. Subiiciam observationem *Schol. Pindari* ad Pythion Od. II. v. 62. Πειρατὰς τοὺς κατὰ πέλαγος λῃστὰς λέγομεν· κυρίως δὲ, τοὺς ἐν ὁδῷ κακουργοῦντας. παρ' ὃ δὴ καὶ ὁδουροὺς αὐτοὺς λέγουσιν Εὐριπίδης ἐν Ἀρχελάῳ· Ἔπαυσ' ὁδουροὺς λυμεῶνας. καὶ Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ· Πῶς δῆθ' ὁδουρὸν ὅμοιος ἐξέβης λαθών. Quem *Tragici* versiculum duabus tantum literis extritis ita legendum esse suspicor:

Πῶς δῆθ' ὁδουρὸν οἷος ἐξέβης λαθών;

Qui tu solus latronem latere et evadere potuisti?

CAPUT IX.

Πήρα pastoritia. In Ammonii scripturam inquiritur. Κατωμίδες reponitur in Hesychii Lex. Πήρη κατωμαδίη. Grammatici Ἄφενος deducunt ab ἕνος, annus. Festi observatio probatur. Τετραενές. Tentatur Schol.
195 *Theocriti. Πλήμη seu Πλήμμη pro πλημμυρίς. Ascalon. schedae supplentur. Πλῆμναι. Etymol. et Apollonii versus in Soph. Schol. corriguntur.*

Πεῖρα καὶ Πήρα διαφέρει. —— Πήρα δὲ, τὸ ἰατρικὸν ἐγχειρίδιον, καὶ δέρμα τι ἀρτοφόρον, ὃ ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσιν οἱ ποιμένες.] Priorem significatum medicis relinquam, si qui modo sint medici, quos harum minutiarum cura tangat. Quando autem alter *perae* usus ab aliis fuit indicatus, veluti a *Pricaeo* et *Albertio* in Obs. ad *Matth.* X. v. 10. vix quidquam esse videbatur, quod eorum observatis

ac opera adiungi poſſet. Eſt tamen aliquid, quod non raetermittendum cenſui. In iſtis *Ammonii* verbis, δέρμα ι. ἀρτοφόρον, ὃ ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσιν οἱ ποιμένες, pricae, quae illam *Stephani* praeceſſerant, Editiones pro πὶ τῶν ὤμων praeferebant ἐπὶ τῶν νόμων· idque mendoſum ſſe ſupra adſerui. Sed ubi me ſeries in hunc locum iteum deduxit, coepi animadvertere, poſſe cui eam ſuſpicioem oboriri, *Ammonium* ſcripſiſſe: ὃ ἐπὶ τῶν νομῶν φέουσιν οἱ ποιμένες· quod ſcilicet longiuſcule cum grege d paſcua abituri ſecum ſumunt. quam lectionem tantum on ſperno, ut vulgatae eam anteponendam cenſeam. Si nim ὤμων poſuiſſet *Amm.* potius, opinor, ſcripſiſſet ὃ κατὰ ῶν ὤμων φέρουσιν οἱ ποιμένες. Inde etiam *Heſychio* ατωμίδες exponuntur: ἅπερ οἱ νομεῖς κατὰ τῶν ὤμων φοοῦσι δέρματα. quo in loco ſatis inepte legitur Κατωτίδες· uod ſi nondum fuit ab aliis monitum, una fecit literarum ries. Paſtoritiam πήρην κατωμαδίην vocat *Moſchus* in ulciſſimo epigrammate εἰς Ἔρωτα ἀροτριῶντα·

Λαμπάδα θεὶς καὶ τόξα, βοηλάτιν εἵλετο ῥάβδον 196
Οὖλος Ἔρως, πήρην δ' εἶχε κατωμαδίην.

ἀρτοφόρον hocce paſtorum δέρμα frequenter, neque miım, memorat *Longus*, e quibus omnibus locis unus eſt, ui huc etiam referri poſſet, et Eruditiſſ. *Albertium* in Obrv. ad eum quem dixi locum non praeteriit. *Perſeus* τὴν βησιν περιβάλλει κατὰ τῶν ὤμων, teſte *Pherecyde* apud chol. *Apoll. Rhod.* IV. v. 1515. ubi emendatius ſcribi oteſt ex *Apollod.* II. p. 84. κίβισιν, ἣν, inquit, φασί τινες ναι πήραν. ubi vide *Galeum.*

Πλούσιος Εὐπόρου, Ἀφνειοῦ, Ὀλβίου καὶ Εὐτυχοῦς ιαφέρει.] Ἀφνειὸς dum *Ammonio* dicitur ὁ ἀπ' ἐνιαυοῦ τὴν τροφὴν συλλέγων, nominis ratio quaeritur in ἔνος uam vere, nunc non diſputo. ἔνος γὰρ, inquit, ὁ ἐνιαυς. quae poſtrema, a *Thom. M.* omiſſa, leguntur etiam ι *Cyrilli* Lexico MS. ubi eadem traditur differentia, et pud *Proclum* ad *Heſiod.* Ἔργ. v. 24. E Grammaticorum riginationibus, quantumvis ineptis et falſis, plurimarum ıepe vocum, quas absque iis ignoraremus, percipi poteſt

cognitio. *Etymologus* in *Ἄφενος· ἐστὶν ἕνος ὁ ἐνιαυτός. Καλλίμαχος, Τετράενον Δαμάσου παῖδα.* Bonae frugis plena est *Festi* observatio: *Annus ex Graeco venit, quem illi ἕνον dicunt; et quod nos trimum, illi dicunt τρίενον.* Vulgata lectio *ἔννον* et *τρίεννον* a tali videtur invecta, qui non memor, veteres Romanos literas nunquam duplicasse, *ἕννον* et *annum* propius convenire existimaverit. *Hesychius: Ἑπτάενον, ἑπταετῆ.* Dores, notante *Corinthio*, τὸ
197 *τετραετὲς Τετραενὲς λέγουσι.* quae observatio ad *Theocritum* est referenda Idyll. VII. v. 147. ubi *Scholiastae* verba, prouti vulgantur, haec sunt: *Τετράενες, ἤγουν τετραετὲς, Ἀττικῶς. ἢ τὸ ἓν ἔτος κατά τινας.* ubi mihi quidem emendandum videtur: *τὸ γὰρ ἔτος ἕνος κατά τινας.* aut, si id mavelis, *ἕνος.* qua ratione scribendum credidit *Theodoritus* in Lexico *περὶ πνευμάτων.*

Πλῆμαι καὶ Πλῆμναι διαφέρουσι. Πλῆμαι μὲν γὰρ αἱ πλημμυρίδες τῶν ποταμῶν· Πλῆμναι δὲ, αἱ τῶν τροχῶν σύριγγες.] Neminem opinor dubitaturum, quin recte *Scaligeri* emendationem in textum receperim. *Suidas*, ubi utriusque vocabuli diversam potestatem declarat, *Πλήμη*, inquit, *πλημμύρα τῆς θαλάσσης.* ubi nihil est caussae cur *Kusterus* mavelit *πλήσμη* inductus *Schol. Apoll. Rhodii* nota, qua usus fuit etiam Ill. *Spanhemius* ad *Callim.* h. in Del. v. 263. *Πλήμη* non solum ex *Ammonio*, sed et aliunde notum. *Thomas M. Πλήμας τὰς πλημμυρίδας τῶν ποταμῶν. Eustathium* confer ad *Hom.* Od. *I.* p. 371. et ad *Dionys. Perieges.* v. 202. Credidit *Thales Milesius*, *ἐκ τῆς ἀποπεμπομένης πλήμμης τὰς ὑπερχύσεις ἀναδέχεσθαι τὸν Νεῖλον*, teste *Schol. Apoll. Rhod.* quo loco, nunc non commemini. E *Ptolemaei Ascalon.* schedis sequentia edidit Cl. *Fabricius* §. 187. *πλημμυρίδες τῶν ποταμῶν, πλῆμναι δὲ μετὰ τοῦ ν̄ αἱ τῶν τροχῶν σύριγγες.* ubi restituendum esse *πλῆμαι, πλημμυρίδες τ. π.* sive *πλῆμμαι*, vel inde liquet, quod addat *πλῆμναι δὲ μετὰ τοῦ ν̄ αἱ τῶν τροχῶν σ. Etymologus: Πλήμνας, τοὺς τροχοὺς, τὰς σύριγγας· ἃς ἔνιοι χοινικίδας καλοῦσιν, εἰς ἃς ὁ ἄξων ἐνστρέφεται.* ubi corrigendum: *Πλήμνας, τοῦ τροχοῦ τὰς σύριγγας.* Plura ea de
198 re notavit *Schefferus* de Re Vehic. l. c. VI. p. 48. et 49.

Versum autem *Apoll. Rhod.* I. 757. restitues in *Schol. Soph.* ad Electr. v. 746. ubi pro ἄξονος ἐν πλήμνῃσι corrupte vulgatur Ἀζόμενος πλήμνῃσι. *Schol. Homeri* ineditus ad Il. *E.* v. 726. Πλῆμναι λέγονται διὰ τὸ πλήσσεσθαι ἀπὸ τοῦ ἄξονος· ταύτας δὲ ἔνιοι χήσας ὀνομάζουσι. et quae plura in libro *Vossiano* prostant.

CAPUT X.

Differentiam inter Πρόξενον, Ἰδιόξενον et Δορύξενον multi tradiderunt. Ammonii ad v. Δορύξενος observatio non protrita. Quis olim Δορύξενος; Suidae vindicata vulgata lectio. Variae ad Amm. notam reficiendam eruditorum hominum coniecturae. Veterum Προξένοις quid fuerit muneris iniunctum? Suidas corr. e scripto Cod. Προξένους frequenter ab Oratoribus memorari. Ἰδιόξενον et Πρόξενον discernit Lucianus, imitatus Demosth. cuius locus corrigitur.

Πρόξενος καὶ Ἰδιόξενος καὶ Δορύξενος διαφέρει.] Super harum vocum differentia ex *Aelii Dionys.* et *Pausaniae* Lexicis multa notat *Eustathius* ad *Hom.* Il. *Γ.* p. 307. quocum si vel conferantur *Suidas*, *Pollux* III. 59. 60. et *Moschopulus* περὶ σχεδῶν p. 119. universi nihil in medium producent, quo *Ammonio*, usum vocis Δορύξενος tradenti, fieri possit medicina. *Ammonii* verba, prouti vulgo legi solent, describam: Δορύξενος δὲ, ὁ κατὰ πόλεμον γενόμενος φίλος. ἁλοὺς γὰρ ξενίων τυχὼν ἀφείθη πρὸς τοῦ πολεμίου λύτρα λαβόντος μναδῆν ἢ τεταγμένη. κομίσας δὲ καὶ 199 φυλάξας τὴν πίστιν, ἐγένετο φίλος, καὶ δορύξενος ἐκαλεῖτο. Antiquitatis particula, quam hic tangit Noster, reliquis, quos nominavi, Grammaticis fuit, ut puto, incognita. Apud *Suidam* in v. Ἰδιόξενος Δορύξενος exponitur ὁ ἐκ πολέμου γνωσθεὶς καὶ γεγονὼς τινὶ ξένος. ita enim legendum; nam causae nihil erat, quod *Kusterus*, reiectis vocibus γνωσθεὶς καὶ, quas liber *Batavus* agnoscit, scribi voluerit: ὁ ἐκ πολεμίου ξένος γεγονὼς τινί. Praeter *Ael*[illegible] *Dionysium Moschopulus*, Δορύξενος δὲ, inquit, ὁ [illegible]

λέμον γνωσθείς. et *Pollux* III. 60. Δορύξενος δὲ, ὁ ἐκ τῆς κατὰ τὸν πόλεμον ἐπιμιξίας τὴν γνῶσιν πεποιημένος. Ista Grammaticorum expositio binis *Euripidae* locis, in quibus δορυξένων fit mentio, adprime congruit, quorum alter est in Medea v. 687. alter in Androm. v. 999. *Sophocles* enim in Electra v. 45. et in Oed. Col. v. 624. παραχρᾶται τῇ λέξει ποιητικώτερον, ut cum *Eustathio* loquar. neque in *Aeschyli* Choephor. v. 560. et v. 914. propriae significationis adeo habenda est ratio. Ut autem id, quod supra me facturum receperam, nunc porro exsequar, ponam iterum mendosam *Ammonianae* notae scripturam, deinde eruditorum hominum coniecturas subiiciam. Corrupta in *Amm.* verba haec sunt: ἀλεὶς γὰρ ξενίων τυχὼν ἀφείθη πρὸς τοῦ πολεμίου λύτρα λαβόντος μναδὴν ἡ τεταγμένη. Pro ultimis verbis *Scaliger* in libro suo correxerat μανδύην τεταμένην· quae scriptura, quantumvis acute excogitata, cum veritatis colorem prae se non ferebat, varios simul adii, a quibus non dubia medelae spes adfulgebat. Vir Celeberrimus *C. A. Dukerus* hac ratione locum sibi videri
200 constituendum significavit: ἁλοὺς γὰρ ξενίων τυχὼν ἀφείθη π. τ. π. λύτρα λαβόντος· μνᾶ δ' ἦν ἡ τεταγμένη. Praeclarae emendationis laudem partietur Nob. *Matthias Röverus*, qui eadem plane ratione separandam vocem μναδὴν perspexit, sed pro ἀλεὶς γὰρ scribi maluit ἀλεὶς γὰρ καὶ ξενίων τυχών. Clarissimus vero *Arnaldus* solutionis pretium non definiendum esse credidit, ac proinde corrigendum: ἁλοὺς γὰρ καὶ ξενίων τυχὼν ἀ. π. τ. π. λύτρα λαβόντος τινὰ δὴ τεταγμένα· ὁμόσας δὲ καὶ φυλάξας κ. τ. λ. quod inprimis considerari meretur propter *Plutarchi* locum, cuius partem mox adferam, quando prius Eruditiss. *Reiskii* coniecturam cum Lectore communicavero. Is ubi primum μνᾶν τὴν τεταγμένην legendum esse coniecerat, postea graviori vulnere locum afflictum esse suspicabatur, hac autem ratione corrigendum: ἀφείθη πρὸς τοῦ πολεμίου, λύτρον λαβόντος καταβολὴν· τῇ τεταγμένῃ κομίσας οὖν καὶ etc. ut scilicet ab hoste dimissi pro redemtionis suae pretio postea adferendo quaedam deposuerint. etc. Ex his coniecturis unusquisque eligat, quae sibi proxime videbitur

ad veritatem accedere. *Plutarchi* locum, ab aliis etiam indicatum, tandem ſubtexam; eſt in Quaeſt. Gr. T. II. p. 295. ubi eam ponens quaeſtionem: *Τίς ὁ δορύξενος;* praeter alia in hunc modum ſcribit: *τοὺς δ' ἁλισκομένους λύτρον τι τεταγμένον ἔδει καταβαλεῖν, καὶ τοῦτο ἐλάμβανον ἀφέντες. πρότερον δὲ οὐκ εἰσέπραττον, ἀλλ' ὁ λαβὼν αἰχμάλωτιν, ἀπῆγεν οἴκαδε, καὶ μεταδοὺς ἁλῶν καὶ τραπέζης ἀπέπεμπεν οἴκαδε. ὁ μὲν οὖν τὰ λύτρα κομίσας ἐπῃνεῖτο, καὶ φίλος ἀεὶ διετέλει τοῦ λαβόντος, ἐκ δορυαλώτου Δορύξενος προσαγορευόμενος.* Antiquioris, quem ibi ſequitur *Plutarch.* auctoris verba fortaſſe *Ammonius* nobis repraeſentat. Ad hanc etiam rem opportuna notat *Heſychius* in *Δορυξένους.* Et haec quidem hactenus. Quandoquidem autem in Grammatico illuſtrando verſamur, prius nolo ab hoc loco diſcedere, quam paucula de uſu vocis *Πρόξενος* monuero. *Πρόξενος* ſecundum *Amm.* *πόλεως καὶ ἔθνους.* *Πρόξενοι*, ut, quae a Grammaticis traduntur, univerſa complectar, homines dicebantur privati, quibus in patria urbe degentibus honorificum hoſpitii ius cum alia civitate publicitus intercedebat: his id muneris erat praecipue iniunctum, ut ſedulo proſpicerent, ne quid publica iſtius civitatis res a civibus ſuis caperet detrimenti, legatos illinc venientes hoſpitio exciperent, ad populum deducerent, utque iis bene eſſet, procurarent. *Schol. Demoſth.* ad Leptineam p. 371. *Πρόξενος, ὁ τὸν ἀπὸ ἄλλης πόλεως ἀναδεχόμενος, καὶ προσόδου φροντίζων τῆς πρὸς τὸν δῆμον αὐτοῦ.* quod Scholion minus emendate edidit *Wolfius.* *Erotianus* in Lex. *Hippocr.* *Προξένους*] *Οὕτως ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐν ἄλλαις πόλεσι μένοντας, καὶ εἰς ξενίαν ἐπιδεχομένους* (malo: *ὑποδεχ.*) *καὶ φροντίζοντας φίλων μὲν, οὐκ ὄντων δὲ πολιτῶν.* Publica auctoritate conſtitutos declarat diverſi generis nomen *Ἐθελοπρόξενος*, a *Polluce, Suida* et *Heſychio* expoſitum. Quae aliorum obſervatis adieci, *Suidam* habent auctorem in *Ἰδιόξενος.* ubi *Πρόξενον* dictum fuiſſe tradit, *παρ' ᾧ καὶ οἱ πρέσβεις κατάγονται. καὶ προσάγει τὰς πρεσβείας οὗτος πρὸς τὸ δημόσιον, καὶ τὰ ἄλλα διοικεῖ καὶ πράττει* (lege *διαπράττει* ex MS. *Leidenſi*) *ἐν τῇ πατρίδι τῇ ἑαυτοῦ τὰ τῇ πόλει ἐκείνῃ διαφέ-*

ϱοντα, ἧς πϱοξενεῖ. Huiuscemodi πϱοξένους frequenter memorant Oratores antiqui. *Demoſthen.* de Halon. p. 33.
202 C. Καϱύστιον τὸν πϱόξενον τῆς ἡμετέϱας πόλεως. contra Callipp. p. 719. C. πϱοξενῶν μὲν γὰϱ τυγχάνω τῶν Ἡϱακλεωτῶν. *Dinarchus* contra Dem. p. 98. A. ὅσους οὗτος γέγϱαφε πϱοξένους εἶναι καὶ Ἀθηναίους. *Aeſchines* de fals. legat. p. 266. B. Δημοσθένους τοῦ Θηβαίων πϱοξένου. Idem contra Cteſiph. p. 294. A. Θϱάσων ὁ Ἐϱχιεὺς, πϱόξενος ὢν Θηβαίοις. Tales Delphis plurimos fuiſſe, perquam ſit credibile. Conf. *Euripides* Androm. v. 1102. et *Barneſ.* ad *Eurip.* Ion. v. 1039. Locum denique, in quo πϱόξενος et ἰδιόξενος diſcernantur, clariſſimum ſubminiſtrabit *Demoſthenes* pro Rhod. libert. p. 79. C. ubi nihil in gratiam Rhodiorum temere a ſe dici indicaturus, οὔτε γὰϱ, inquit, πϱόξενος τῶν ἀνδϱῶν, οὔτε ἰδίᾳ ξένος αὐτῶν οὐδείς ἐστί μοι. ubi legendum puto: οὔτε γὰϱ πϱόξενός εἰμὶ τῶν ἀ. οὔτε ἰδιόξενος αὐτῶν ο. ἐ. μ. quem locum non obſcure imitatur *Lucianus* initio Phalar. II. T. I. p. 741. Οὔτε Ἀκϱαγαντίνων, ὦ ἄνδϱες Δελφοὶ, πϱόξενος ὢν, οὔτε ἰδιόξενος αὐτοῦ Φαλάϱιδος. quae in Scholiis leguntur, non ſunt unius aſſis.

CAPUT XI.

Atticorum Ῥαφανὶς *quo nomine vulgo diceretur, ambiguum.* Ῥέφανος. *Ionum* Ῥέπανος. *Amm. tentatur. Suidas e MS. emend. Archilochi verſus illuſtr. Archilochi nomen reſtituitur in Athenaeo. Moſchi verſus corrigitur.* Κύματος ἀγὴ, *litus fluctifragum. Paucula de v.* Σισύϱα *et* Σισύϱνα.

Ῥάφανος καὶ Ῥαφανὶς διαφέϱει.] Differentia ex illis, quos
203 citant *Nunneſ.* ad *Phrynich.* p. 27. et *Kuſter.* ad *Suid.* notiſſima eſt. Paucula tamen propter ultima *Ammonii* verba adiiciam: ubi is ſcribit, Atticis Ῥαφανίδα vocari τὴν παϱ᾽ ἡμῖν Ῥάπανον, dubium, inquam, eſſe poteſt, an ea lectio ſit ſincera. nam pro Ῥάπανον apud *Moſchopulum*, qui ſine controverſia *Ammonii* notam deſcripſit, Ῥάπαλον vulgatur.

Aliter etiam *Hesychius:* Ῥαφανὶς καὶ Ῥάφανος διαφέρει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Ῥάφανος μὲν γὰρ ἡ κράμβη· Ῥαφανὶς δὲ ἡ παρ' ἡμῖν ῥάφανος. et ea cum lectione *Suidas,* prouti vulgatur, concinit: Ῥαφανίς. Ῥαφανίδα φασὶν Ἀττικοὶ, ἣν ἡμεῖς ῥάφανον καλοῦμεν. Utra nunc quaeſo lectio eligenda? ſi mihi credatur, neutra, qui pro Ῥάπανον in *Amm.* ſcribendum cenſeo Ῥέφανον, permotus *Suidae* loco, quem ita legi in MS. *Voſſiano:* Ῥαφανίς. Ῥαφανίδα φησὶν Ἀττικὴ, ἣν ἡμεῖς ῥέφανον φαμέν. In *Cyrilli* Lexico Ῥέφανον etiam reperire licet. Facile autem, cur id mavelim, animadvertes, poſtquam ſequentem *Ammonii* notam ſubiecero: Ῥέφανον καὶ Ῥάφανον διαφέρει παρ' Ἴωσι καὶ Ἀττικοῖς. Ῥέφανον μὲν, ἣν καὶ ἡμεῖς φαμέν· Ῥάφανον δὲ, τὴν κράμβην. qui etiam locus graviter adfectus ſine ſcriptis libris fruſtra tentaretur, niſi quod legendum arbitror: Ῥέπανον μὲν (Iones λέγουσι), ἣν καὶ ἡμεῖς φαμὲν ῥέφανον. Ionibus ῥέπανον tribuit *Thomas M.*

Ῥόδον καὶ Ῥοδωνιὰ καὶ Ῥοδῆ διαφέρει.] *Archilochi,* quem *Ammonius* adducit, locus:

Ἔχουσα θαλλὸν μυρσίνης ἐτέρπετο
Ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος.

apud *Moſchop.* vitioſe profertur: Ἔχουσα θαλὸν μυρσίνης ἀφείπετο, ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος. ab hac lectione non diſcedit *Phavorinus* in Ῥόδον. Proba lectio eſt ἐτέρπετο. 204
Lucem huic verſui accendit *Heſychii* obſervatio, qui moris fuiſſe refert, Μυῤῥίνης κλάδον ἢ δάφνης παρὰ πότον διδόναι τοῖς κατακειμένοις ἐκ διαδοχῆς, ὑπὲρ τοῦ ᾆσαι ἀντὶ τοῦ βαρβίτου. Confer *Heſ.* in Τὴν ἐπιδεξιάν. Primum *Archilochi* verſum ſervavit etiam *Etymologus* in Θάλλω p. 441. v. 49. alter, Ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος, extat apud *Athen.* II. p. 52. F. ubi pro Ἀντίλοχος reponi debet Ἀρχίλοχος. Quandoquidem roſarum meminit *Amm.* nihil vetat emendaſſe *Moſchi* Europam v. 36.

Τερπόμεναι ῥοδέῃ τε φυῇ καὶ κύματος ἠχῇ.

ubi non undarum ſonitu, ſed puellas delectatas fuiſſe ſuſpicor litore fluctifrago, quo primulos pedes tingere amabant. Lego itaque:

—— καὶ κύματος ἀγῇ.

Apollon. Rhod. eadem utitur loquendi ratione l. v. 554.

—— —— πολιῇ δ' ἐπὶ κύματος ἀγῇ
Τέγγε πόδας.

Iſaacus Caſaubonus pro vulgata ſcriptura ἄγνῃ in *Numenii* verſu apud *Athen.* VII. p. 305. A. emendavit:

—— —— ἐπ' ἄκρῃ κύματος ἀγῇ.

eodem *Apoll. Rhodii* loco inductus, quem ſine *auctoris* nomine apud *Etymologum* vir inclytus repererat.

205 Σισύρα καὶ Σισύρνα διαφέρει.] Differentiam praeter *Heſych.* adnotavit *Etymologus* p. 714. v. 24. nam cum priori obſervatione altera in MS. coniungitur: Σισύρνα δέ ἐστι παχὺ περιβόλαιον ἢ δερμάτινον ἱμάτιον. De Σισύρᾳ praeter eos, quos ad *Poll.* X. 123. indicavit Celeberr. *Hemſterh.* ad mentem *Ammonii* nonnulla notat *Spanhem.* ad *Ariſtoph.* Nub. v. 10. *Muſonius* apud *Stobaeum* Tit. LXXXIII. p. 489. τῆς δὲ σισύρας ἱκανωτάτης οὔσης ὑπεστρῶσθαι, ὥστε μὴ δεῖσθαι πορφυρίδος ἢ φοινικίδος. In Lexico *Cyrilli* Σισύρα exponitur τραχὺ καὶ παχὺ ἱμάτιον δουλικόν. quo uſu occurrit in *Alciphron.* III. Epiſt. XXVI. κειμένην τὴν (ita MS.) σισύραν, ἣν ἀποθέμενος εἰργαζόμην, ὑπὸ μάλης ᾤχετο φέρων. Ep. XLII. τοῖς γὰρ γυμνοῖς σισύρα καὶ ἐφεστρὶς ἡ φλόξ. Confer apud *Stob.* p. 487. v. 44. leviter depravatum Pythagoreae *Perictyones* locum. Alterum vero Σισύρνα, olim frequentius in veterum libris obvium, *Herodoto* IV. c. CIX. et alibi reſtituit V. C. *Iacobus Gronovius* p. 933. quibus locis adde *Aeſchyli* et *Sophoclis* fragmenta a *Polluce* X. 186. conſervata. *Corinth.* de Dial. Ion. Σισύρνα, βαρβαρικὸς χιτών. Iure itaque pro Σίσυρμα in *Ammonio* repoſui Σισύρνα.

CAPUT XII.

Σταφύλη Grammaticis vulgo ἡ καθιεμένη μολυβδίς. Haec bina a Callimacho diſtingui. Σταφύλη amuſſis. Varia in Hom. lectio. Scholion ſcriptum corrigitur. Ammo-
206 *nii locum corrupit Stephanus. Φαισύλη, Phaeſyle,*

inter Hyadas Bacchi nutrices enumeratur. Pherecydae nota apud Etymol. emendatur. Θυώνη *pro* Διώνη *reponitur in Schol. Hom. Panyasis emaculatur.*

Σταφυλὴν —— καὶ Σταφύλην βαρυτόνως, ὡς Μελίτην, διαφέρειν φησὶ Πτολεμαῖος.] Eruditam sed mirum in modum librariorum negligentia depravatam *Ammonii* obſervationem emaculare ſupra laboravi, ubi non pauca tamen diligentiori aliorum curae commiſi. Primum, notante *Amm.*, *Ptolemaeus* in libris de Proſodia *Homerica,* τὸ μὲν βαρυτονούμενον, φησὶν, ὄνομα ἐπὶ τῆς καθιεμένης μολύβδου παρὰ τοῖς ἀρχιτέκτοσι τίθεται. Eandem vocis σταφύλη expoſitionem praeter perſonatum *Ptolem. Aſcalon.* in libello de verborum differentiis tradiderunt *Heſychius, Etymologus* et *Moſchopulus,* niſi quod in huius ſylloge perperam vulgatur. In *Callimachi* tamen fragmento σταφύλη et καθιεμένη μολυβδὶς tanquam diverſae ſignificationis voces diſcernuntur. Inter *Bentlei. Callim.* fragm. CLIX.

Καὶ γλαρίδες, σταφύλη τε, καθιεμένη τε μολυβδίς.

Hunc vocabuli σταφύλη uſum forſan ignoraremus, ſi non *Homeri* obſtitiſſet auctoritas, qui Eumeli equas examuſſim aequales fuiſſe docet Il. *B.* v. 765.

Ὄτριχας, οἰετέας, σταφύλη ἐπὶ νῶτον ἐΐσας,
Τὰς ἐν Πιερίῃ θρέψ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων.

In quorum verſuum altero MS. *Voſſianus* praefert ἐν Φηρίῃ· quod leviter mutatum ἐν Φηρείῃ vulgatae lectioni haud temere poſtpoſuerim. Eodem in Codice haec legebatur, 207
quae cum edito *Schol.* et cum *Euſtath.* comparari poterit, adnotatio: Οὕτως ἴσας καὶ ἀναλόγους τοῖς νώτοις, ὡς ὑποστάθμη· σταφύλη γὰρ ὁ τεκτονικὸς διαβήτης, ἥντινα καὶ στάθμην λέγουσιν· ἔστι δὲ σχοινίον λεπτὸν χριόμενον μέλιτι ἢ μέλανι, ᾧ σημειούμενοι ἀπορθοῦσι τὰ ξύλα· καὶ οἱ λαξόοι τούτῳ χρῶνται, ὃς ἅμα πλάτος καὶ ὕψος μετρεῖ. in quibus pro ὑποστάθμη ſcribendum ὑπὸ στάθμῃ, et pro μέλιτι ex edito *Schol.* μίλτῳ. Confer in Anthol. IV. c. VII. ep. 31. *Auctor* Indicis voc. acc. diſt. Σταφύλη, *perpendiculum.* Gloſſae: *Perpendiculum,* καθέτης et στάθμη λεξική,

cognitio. *Etymologus* in *Ἄφενος· ἐστὶν ἔνος ὁ ἐνιαυτός. Καλλίμαχος, Τετράενον Δαμάσου παῖδα.* Bonae frugis plena est *Festi* observatio: *Annus ex Graeco venit, quem illi ἔνον dicunt; et quod nos trimum, illi dicunt τρίενον.* Vulgata lectio *ἔννον* et *τρίεννον* a tali videtur invecta, qui non memor, veteres Romanos literas nunquam duplicasse, *ἔννον* et *annum* propius convenire existimaverit. *Hesychius: Ἑπτάενον, ἑπταετῆ.* Dores, notante *Corinthio*, τὸ
197 *τετραετὲς Τετραενὲς λέγουσι.* quae observatio ad *Theocritum* est referenda Idyll. VII. v. 147. ubi *Scholiastae* verba, prouti vulgantur, haec sunt: *Τετράενες, ἤγουν τετραετὲς, Ἀττικῶς. ἢ τὸ ἓν ἔτος κατά τινας.* ubi mihi quidem emendandum videtur: *τὸ γὰρ ἔτος ἔνος κατά τινας.* aut, si id mavelis, *ἔνος.* qua ratione scribendum credidit *Theodoritus* in Lexico *περὶ πνευμάτων.*

Πλῆμαι καὶ Πλῆμναι διαφέρουσι. Πλῆμαι μὲν γὰρ αἱ πλημμυρίδες τῶν ποταμῶν· Πλῆμναι δὲ, αἱ τῶν τροχῶν σύριγγες.] Neminem opinor dubitaturum, quin recte *Scaligeri* emendationem in textum receperim. *Suidas*, ubi utriusque vocabuli diversam potestatem declarat, *Πλήμη*, inquit, *πλημμύρα τῆς θαλάσσης.* ubi nihil est causae cur *Kusterus* mavelit *πλήσμη* inductus *Schol. Apoll. Rhodii* nota, qua usus fuit etiam Ill. *Spanhemius* ad *Callim.* h. in Del. v. 263. *Πλήμη* non solum ex *Ammonio*, sed et aliunde notum. *Thomas M. Πλήμας τὰς πλημμυρίδας τῶν ποταμῶν. Eustathium* confer ad *Hom.* Od. *l.* p. 371. et ad *Dionys. Perieges.* v. 202. Credidit *Thales Milesius*, *ἐκ τῆς ἀποπεμπομένης πλήμμης τὰς ὑπερχύσεις ἀναδέχεσθαι τὸν Νεῖλον*, teste *Schol. Apoll. Rhod.* quo loco, nunc non commemini. E *Ptolemaei Ascalon.* schedis sequentia edidit Cl. *Fabricius* §. 187. *πλημμυρίδες τῶν ποταμῶν, πλῆμναι δὲ μετὰ τοῦ ν̄ αἱ τῶν τροχῶν σύριγγες.* ubi restituendum esse *πλῆμαι, πλημμυρίδες τ. π.* sive *πλῆμμαι*, vel inde liquet, quod addat *πλῆμναι δὲ μετὰ τοῦ ν̄ αἱ τῶν τροχῶν σ. Etymologus: Πλήμνας, τοὺς τροχοὺς, τὰς σύριγγας· ἃς ἔνιοι χοινικίδας καλοῦσιν, εἰς ἃς ὁ ἄξων ἐνστρέφεται.* ubi corrigendum: *Πλήμνας, τοῦ τροχοῦ τὰς σύριγγας.* Plura ea de
198 re notavit *Schefferus* de Re Vehic. l. c. VI. p. 48. et 49.

Versum autem *Apoll. Rhod.* I. 757. restitues in *Schol. Soph.* ad Electr. v. 746. ubi pro ἄξονος ἐν πλήμνῃσι corrupte vulgatur Ἀζόμενος πλήμνῃσι. *Schol. Homeri* ineditus ad Il. *E.* v. 726. *Πλῆμναι λέγονται διὰ τὸ πλήσσεσθαι ἀπὸ τοῦ ἄξονος· ταύτας δὲ ἔνιοι χήσας ὀνομάζουσι.* et quae plura in libro *Vossiano* prostant.

CAPUT X.

Differentiam inter Πρόξενον, Ἰδιόξενον et Δορύξενον multi tradiderunt. Ammonii ad v. Δορύξενος observatio non protrita. Quis olim Δορύξενος; Suidae vindicata vulgata lectio. Variae ad Amm. notam reficiendam eruditorum hominum coniecturae. Veterum Προξένοις quid fuerit muneris iniunctum? Suidas corr. e scripto Cod. Προξένους frequenter ab Oratoribus memorari. Ἰδιόξενον et Πρόξενον discernit Lucianus, imitatus Demosth. cuius locus corrigitur.

Πρόξενος καὶ Ἰδιόξενος καὶ Δορύξενος διαφέρει.] Super harum vocum differentia ex *Aelii Dionys.* et *Pausaniae* Lexicis multa notat *Eustathius* ad *Hom.* Il. *Γ.* p. 307. quocum si vel conferantur *Suidas*, *Pollux* III. 59. 60. et *Moschopulus* περὶ σχεδῶν p. 119. universi nihil in medium producent, quo *Ammonio*, usum vocis Δορύξενος tradenti, fieri possit medicina. *Ammonii* verba, prouti vulgo legi solent, describam: *Δορύξενος δὲ, ὁ κατὰ πόλεμον γενόμενος φίλος. ἁλοὺς γὰρ ξενίων τυχὼν ἀφείθη πρὸς τοῦ πολεμίου λύτρα λαβόντος μναδῆν ἢ τεταγμένη. κομίσας δὲ καὶ φυλάξας τὴν πίστιν, ἐγένετο φίλος, καὶ δορύξενος ἐκαλεῖτο.* 199
Antiquitatis particula, quam hic tangit Noster, reliquis, quos nominavi, Grammaticis fuit, ut puto, incognita. Apud *Suidam* in v. Ἰδιόξενος Δορύξενος exponitur *ὁ ἐκ πολέμου γνωσθεὶς καὶ γεγονὼς τινὶ ξένος.* ita enim legendum; nam caussae nihil erat, quod *Kusterus*, reiectis vocibus *γνωσθεὶς καὶ*, quas liber *Batavus* agnoscit, scribi voluerit: *ὁ ἐκ πολεμίου ξένος γεγονὼς τινί.* Praeter *Aelium Dionysium Moschopulus*, *Δορύξενος δὲ*, inquit, *ὁ ἐκ πο-*

λέμον γνωσθείς. et *Pollux* III. 60. Δορύξενος δὲ, ὁ ἐκ τῆς κατὰ τὸν πόλεμον ἐπιμιξίας τὴν γνῶσιν πεποιημένος. Ista Grammaticorum expositio binis *Euripidae* locis, in quibus δορυξένων fit mentio, adprime congruit, quorum alter est in Medea v. 687. alter in Androm. v. 999. *Sophocles* enim in Electra v. 45. et in Oed. Col. v. 624. παραχρᾶται τῇ λέξει ποιητικώτερον, ut cum *Eustathio* loquar. neque in *Aeschyli* Choephor. v. 560. et v. 914. propriae significationis adeo habenda est ratio. Ut autem id, quod supra me facturum receperam, nunc porro exsequar, ponam iterum mendosam *Ammonianae* notae scripturam, deinde eruditorum hominum coniecturas subiiciam. Corrupta in *Amm.* verba haec sunt: ἀλεὶς γὰρ ξενίων τυχὼν ἀφείθη πρὸς τοῦ πολεμίου λύτρα λαβόντος μναδὴν ἡ τεταγμένη. Pro ultimis verbis *Scaliger* in libro suo correxerat μανδύην τεταμένην· quae scriptura, quantumvis acute excogitata, cum veritatis colorem prae se non ferebat, varios simul adii, a quibus non dubia medelae spes adfulgebat. Vir Celeberrimus *C. A. Dukerus* hac ratione locum sibi videri
200 constituendum significavit: ἀλοὺς γὰρ ξενίων τυχὼν ἀφείθη π. τ. π. λύτρα λαβόντος· μνᾶ δ᾽ ἦν ἡ τεταγμένη. Praeclarae emendationis laudem partietur Nob. *Matthias Röverus*, qui eadem plane ratione separandam vocem μναδὴν perspexit, sed pro ἀλεὶς γὰρ scribi maluit ἀλεὶς γὰρ καὶ ξενίων τυχών. Clarissimus vero *Arnaldus* solutionis pretium non definiendum esse credidit, ac proinde corrigendum: ἁλοὺς γὰρ καὶ ξενίων τυχὼν ἀ. π. τ. π. λύτρα λαβόντος τινὰ δὴ τεταγμένα· ὁμόσας δὲ καὶ φυλάξας κ. τ. λ. quod inprimis considerari meretur propter *Plutarchi* locum, cuius partem mox adferam, quando prius Eruditiss. *Reiskii* coniecturam cum Lectore communicavero. Is ubi primum μνᾶν τὴν τεταγμένην legendum esse coniecerat, postea graviori vulnere locum afflictum esse suspicabatur, hac autem ratione corrigendum: ἀφείθη πρὸς τοῦ πολεμίου, λύτρον λαβόντος καταβολὴν· τῇ τεταγμένῃ κομίσας οὖν καὶ etc. ut scilicet ab hoste dimissi pro redemtionis suae pretio postea adferendo quaedam deposuerint. etc. Ex his coniecturis unusquisque eligat, quae sibi proxime videbitur

ad veritatem accedere. *Plutarchi* locum, ab aliis etiam indicatum, tandem fubtexam; eft in Quaeft. Gr. T. II. p. 295. ubi eam ponens quaeftionem: *Τίς ὁ δορύξενος;* praeter alia in hunc modum fcribit: *τοὺς δ' ἁλισκομένους λύτρον τι τεταγμένον ἔδει καταβαλεῖν, καὶ τοῦτο ἐλάμβανον ἀφέντες. πρότερον δὲ οὐκ εἰσέπραττον, ἀλλ' ὁ λαβὼν αἰχμάλωτον, ἀπῆγεν οἴκαδε, καὶ μεταδοὺς ἁλῶν καὶ τραπέζης ἀπέπεμπεν οἴκαδε. ὁ μὲν οὖν τὰ λύτρα κομίσας ἐπῃνεῖτο, καὶ φίλος ἀεὶ διετέλει τοῦ λαβόντος, ἐκ δορυαλώτου Δορύξενος προσαγορευόμενος.* Antiquioris, quem ibi fequitur *Plutarch.* auctoris verba fortaffe *Ammonius* nobis re- 201 praefentat. Ad hanc etiam rem opportuna notat *Hefychius* in *Δορυξένους.* Et haec quidem hactenus. Quandoquidem autem in Grammatico illuftrando verfamur, prius nolo ab hoc loco difcedere, quam paucula de ufu vocis *Πρόξενος* monuero. *Πρόξενος* fecundum *Amm.* *πόλεως καὶ ἔθνους.* *Πρόξενοι*, ut, quae a Grammaticis traduntur, univerfa complectar, homines dicebantur privati, quibus in patria urbe degentibus honorificum hofpitii ius cum alia civitate publicitus intercedebat: his id muneris erat praecipue iniunctum, ut fedulo profpicerent, ne quid publica iftius civitatis res a civibus fuis caperet detrimenti, legatos illinc venientes hofpitio exciperent, ad populum deducerent, utque iis bene effet, procurarent. *Schol. Demofth.* ad Leptineam p. 371. *Πρόξενος, ὁ τὸν ἀπὸ ἄλλης πόλεως ἀναδεχόμενος, καὶ προσόδου φροντίζων τῆς πρὸς τὸν δῆμον αὐτοῦ.* quod Scholion minus emendate edidit *Wolfius.* *Erotianus* in Lex. *Hippocr.* *Προξένους*] *Οὕτως ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τοὺς ἐν ἄλλαις πόλεσι μένοντας, καὶ εἰς ξενίαν ἐπιδεχομένους* (malo: *ὑποδεχ.*) *καὶ φροντίζοντας φίλων μὲν, οὐκ ὄντων δὲ πολιτῶν.* Publica auctoritate conftitutos declarat diverfi generis nomen *Ἐθελοπρόξενος*, a *Pollùce, Suida* et *Hefychio* expofitum. Quae aliorum obfervatis adieci, *Suidam* habent auctorem in *Ἰδιόξενος.* ubi *Πρόξενον* dictum fuiffe tradit, *παρ' ᾧ καὶ οἱ πρέσβεις κατάγονται. καὶ προσάγει τὰς πρεσβείας οὗτος πρὸς τὸ δημόσιον, καὶ τὰ ἄλλα διοικεῖ καὶ πράττει* (lege *διαπράττει* ex MS. *Leidenfi*) *ἐν τῇ πατρίδι τῇ ἑαυτοῦ τὰ τῇ πόλει ἐκείνῃ διαφέ-*

-ϱοντα, ἧς πϱοξενεῖ. Huiuscemodi πϱοξένους frequenter memorant Oratores antiqui. *Demosthen.* de Halon. p. 33.
202 C. Καϱύστιον τὸν πϱόξενον τῆς ἡμετέϱας πόλεως. contra Callipp. p. 719. C. πϱοξενῶν μὲν γὰϱ τυγχάνω τῶν Ἡϱακλεωτῶν. *Dinarchus* contra Dem. p. 98. A. ὅσους οὗτος γέγϱαφε πϱοξένους εἶναι καὶ Ἀθηναίους. *Aeschines* de fals. legat. p. 266. B. Δημοσθένους τοῦ Θηβαίων πϱοξένου. Idem contra Ctesiph. p. 294. A. Θϱάσων ὁ Ἐϱχιεὺς, πϱόξενος ὢν Θηβαίοις. Tales Delphis plurimos fuisse, perquam fit credibile. Conf. *Euripides* Androm. v. 1102. et *Barnes.* ad *Eurip.* Ion. v. 1039. Locum denique, in quo πϱόξενος et ἰδιόξενος discernantur, clarissimum subministrabit *Demosthenes* pro Rhod. libert. p. 79. C. ubi nihil in gratiam Rhodiorum temere a se dici indicaturus, οὔτε γὰϱ, inquit, πϱόξενος τῶν ἀνδϱῶν, οὔτε ἰδίᾳ ξένος αὐτῶν οὐδείς ἐστί μοι. ubi legendum puto: οὔτε γὰϱ πϱόξενος εἰμὶ τῶν ἀ. οὔτε ἰδιόξενος αὐτῶν ο. ἐ. μ. quem locum non obscure imitatur *Lucianus* initio Phalar. II. T. I. p. 741. Οὔτε Ἀκϱαγαντίνων, ὦ ἄνδϱες Δελφοὶ, πϱόξενος ὢν, οὔτε ἰδιόξενος αὐτοῦ Φαλάϱιδος. quae in Scholiis leguntur, non sunt unius assis.

CAPUT XI.

Atticorum Ῥαφανὶς quo nomine vulgo diceretur, ambiguum. Ῥέφανος. Ionum Ῥέπανος. Amm. tentatur. Suidas e MS. emend. Archilochi versus illustr. Archilochi nomen restituitur in Athenaeo. Moschi versus corrigitur. Κύματος ἀγὴ, litus fluctifragum. Paucula de v. Σισύϱα et Σισύϱνα.

Ῥάφανος καὶ Ῥαφανὶς διαφέϱει.] Differentia ex illis, quos
203 citant *Nunnes.* ad *Phrynich.* p. 27. et *Kuster.* ad *Suid.* notissima est. Paucula tamen propter ultima *Ammonii* verba adiiciam: ubi is scribit, Atticis Ῥαφανίδα vocari τὴν παϱ' ἡμῖν Ῥάπανον, dubium, inquam, esse potest, an ea lectio sit sincera. nam pro Ῥάπανον apud *Moschopulum*, qui sine controversia *Ammonii* notam descripsit, Ῥάπαλον vulgatur.

Aliter etiam *Hesychius:* Ῥαφανὶς καὶ Ῥάφανος διαφέρει παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Ῥάφανος μὲν γὰρ ἡ κράμβη· Ῥαφανὶς δὲ ἡ παρ' ἡμῖν ῥάφανος. et ea cum lectione *Suidas,* prouti vulgatur, concinit: Ῥαφανίς. Ῥαφανίδα φασὶν Ἀττικοὶ, ἣν ἡμεῖς ῥάφανον καλοῦμεν. Utra nunc quaeso lectio eligenda? si mihi credatur, neutra, qui pro Ῥάπανον in *Amm.* scribendum censeo Ῥέφανον, permotus *Suidae* loco, quem ita legi in MS. *Vossiano:* Ῥαφανίς. Ῥαφανίδα φησὶν Ἀττικὴ, ἣν ἡμεῖς ῥέφανον φαμέν. In *Cyrilli* Lexico Ῥέφανον etiam reperire licet. Facile autem, cur id mavelim, animadvertes, postquam sequentem *Ammonii* notam subiecero: Ῥέφανον καὶ Ῥάφανον διαφέρει παρ' Ἴωσι καὶ Ἀττικοῖς. Ῥέφανον μὲν, ἣν καὶ ἡμεῖς φαμέν· Ῥάφανον δὲ, τὴν κράμβην. qui etiam locus graviter adfectus sine scriptis libris frustra tentaretur, nisi quod legendum arbitror: Ῥέπανον μὲν (Iones λέγουσι), ἣν καὶ ἡμεῖς φαμὲν ῥέφανον. Ionibus ῥέπανον tribuit *Thomas M.*

Ῥόδον καὶ Ῥοδωνιὰ καὶ Ῥοδῆ διαφέρει.] *Archilochi,* quem *Ammonius* adducit, locus:

> Ἔχουσα θαλλὸν μυρσίνης ἐτέρπετο
> Ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος.

apud *Moschop.* vitiose profertur: Ἔχουσα θαλὸν μυρσίνης ἀφείπετο, ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος. ab hac lectione non discedit *Phavorinus* in Ῥόδον. Proba lectio est ἐτέρπετο. 204
Lucem huic versui accendit *Hesychii* observatio, qui moris fuisse refert, Μυῤῥίνης κλάδον ἢ δάφνης παρὰ πότον διδόναι τοῖς κατακειμένοις ἐκ διαδοχῆς, ὑπὲρ τοῦ ᾆσαι ἀντὶ τοῦ βαρβίτου. Confer *Hes.* in Τὴν ἐπιδεξιάν. Primum *Archilochi* versum servavit etiam *Etymologus* in Θάλλω p. 441. v. 49. alter, Ῥοδῆς τε καλὸν ἄνθος, extat apud *Athen.* II. p. 52. F. ubi pro Ἀντίλοχος reponi debet Ἀρχίλοχος. Quandoquidem rosarum meminit *Amm.* nihil vetat emendasse *Moschi* Europam v. 36.

> Τερπόμεναι ῥοδέῃ τε φυῇ καὶ κύματος ἠχῇ.

ubi non undarum sonitu, sed puellas delectatas fuisse suspicor litore fluctifrago, quo primulos pedes tingere amabant. Lego itaque:

> ——— καὶ κύματος ἀγῇ.

Apollon. Rhod. eadem utitur loquendi ratione l. v. 554.

—— —— πολιῇ δ᾽ ἐπὶ κύματος ἀγῇ
Τέγγε πόδας.

Isaacus Casaubonus pro vulgata scriptura ἄγνῃ in *Numenii* versu apud *Athen.* VII. p. 305. A. emendavit:

—— —— ἐπ᾽ ἄκρῃ κύματος ἀγῇ.

eodem *Apoll. Rhodii* loco inductus, quem sine *auctoris* nomine apud *Etymologum* vir inclytus repererat.

205 Σισύρα καὶ Σισύρνα διαφέρει.] Differentiam praeter *Hesych.* adnotavit *Etymologus* p. 714. v. 24. nam cum priori observatione altera in MS. coniungitur: Σισύρνα δέ ἐστι παχὺ περιβόλαιον ἢ δερμάτινον ἱμάτιον. De Σισύρᾳ praeter eos, quos ad *Poll.* X. 123. indicavit Celeberr. *Hemsterh.* ad mentem *Ammonii* nonnulla notat *Spanhem.* ad *Aristoph.* Nub. v. 10. *Musonius* apud *Stobaeum* Tit. LXXXIII. p. 489. τῆς δὲ σισύρας ἱκανωτάτης οὔσης ὑπεστρῶσθαι, ὥστε μὴ δεῖσθαι πορφυρίδος ἢ φοινικίδος. In Lexico *Cyrilli* Σισύρα exponitur τραχὺ καὶ παχὺ ἱμάτιον δουλικόν. quo usu occurrit in *Alciphron.* III. Epist. XXVI. κειμένην τὴν (ita MS.) σισύραν, ἣν ἀποθέμενος εἰργαζόμην, ὑπὸ μάλης ᾤχετο φέρων. Ep. XLII. τοῖς γὰρ γυμνοῖς σισύρα καὶ ἐφεστρὶς ἡ φλόξ. Confer apud *Stob.* p. 487. v. 44. leviter depravatum Pythagoreae *Perictyones* locum. Alterum vero Σισύρνα, olim frequentius in veterum libris obvium, *Herodoto* IV. c. CIX. et alibi restituit V. C. *Iacobus Gronovius* p. 933. quibus locis adde *Aeschyli* et *Sophoclis* fragmenta a *Polluce* X. 186. conservata. *Corinth.* de Dial. Ion. Σισύρνα, βαρβαρικὸς χιτών. Iure itaque pro Σίσυρμα in *Ammonio* reposui Σισύρνα.

CAPUT XII.

Σταφύλη Grammaticis vulgo ἡ καθιεμένη μολυβδίς. Haec bina a Callimacho distingui. Σταφύλη amussis. Varia in Hom. lectio. Scholion scriptum corrigitur. Ammo-
206 *nii locum corrupit Stephanus. Φαισύλη, Phaesyle,*

inter Hyadas Bacchi nutrices enumeratur. Pherecydae nota apud Etymol. emendatur. Θυώνη pro Διώνη reponitur in Schol. Hom. Panyasis emaculatur.

Σταφυλὴν —— καὶ Σταφύλην βαρυτόνως, ὡς Μελίτην, διαφέρειν φησὶ Πτολεμαῖος.] Eruditam sed mirum in modum librariorum negligentia depravatam *Ammonii* observationem emaculare supra laboravi, ubi non pauca tamen diligentiori aliorum curae commisi. Primum, notante *Amm.*, *Ptolemaeus* in libris de Prosodia *Homerica*, τὸ μὲν βαρυτονούμενον, φησὶν, ὄνομα ἐπὶ τῆς καθιεμένης μολύβδου παρὰ τοῖς ἀρχιτέκτοσι τίθεται. Eandem vocis σταφύλη expositionem praeter personatum *Ptolem. Ascalon.* in libello de verborum differentiis tradiderunt *Hesychius*, *Etymologus* et *Moschopulus*, nisi quod in huius sylloge perperam vulgatur. In *Callimachi* tamen fragmento σταφύλη et καθιεμένη μολυβδὶς tanquam diversae significationis voces discernuntur. Inter *Bentlei. Callim.* fragm. CLIX.

Καὶ γλαρίδες, σταφύλη τε, καθιεμένη τε μολυβδίς.

Hunc vocabuli σταφύλη usum forsan ignoraremus, si non *Homeri* obstitisset auctoritas, qui Eumeli equas examussim aequales fuisse docet Il. *B*. v. 765.

Ὄτριχας, οἰέτεας, σταφύλῃ ἐπὶ νῶτον ἐΐσας,
Τὰς ἐν Πιερίῃ θρέψ' ἀργυρότοξος Ἀπόλλων.

In quorum versuum altero MS. *Vossianus* praefert ἐν Φηρίῃ· quod leviter mutatum ἐν Φηρείῃ vulgatae lectioni haud temere postposuerim. Eodem in Codice haec legebatur, 207
quae cum edito *Schol.* et cum *Eustath.* comparari poterit, adnotatio: Οὕτως ἴσας καὶ ἀναλόγους τοῖς νώτοις, ὡς ὑποστάθμη· σταφύλη γὰρ ὁ τεκτονικὸς διαβήτης, ἥντινα καὶ στάθμην λέγουσιν· ἔστι δὲ σχοινίον λεπτὸν χριόμενον μέλιτι ἢ μέλανι, ᾧ σημειούμενοι ἀπορθοῦσι τὰ ξύλα· καὶ οἱ λαοξόοι τούτῳ χρῶνται, ὃς ἅμα πλάτος καὶ ὕψος μετρεῖ. in quibus pro ὑποστάθμη scribendum ὑπὸ στάθμῃ, et pro μέλιτι ex edito *Schol.* μίλτῳ. Confer in Anthol. IV. c. VII. ep. 31. *Auctor* Indicis voc. acc. dist. Σταφύλη, *perpendiculum.* Glossae: *Perpendiculum*, καθέτης et στάθμη λεξική,

ὃ καλεῖται καθετήρ. ubi λαοξοϊκὴ, et pro καθέτης, καθετὴρ, five κάθετος corrigi poteſt. Porro ex *Heraclidae* obſervatione, quam *Ammonio* debemus, particulam depromam.

Ibid. Φαισύλη, δοκεῖ δ' αὔτη μία τῶν τιθηνησαμένων τὸν Διόνυσον, ἃς ὁ Λυκοῦργος Σεῦε κατ' ἠγάθεον Νυσήϊον. ἐδύλη.] Inprudenter, ne dicam inperite, *Henr. Stephanus* ſibi a veteribus editionibus recedendum exiſtimavit edendo: φεσύλη, ἐδύλη. δοκεῖ δ' αὔτη μία κ. τ. λ. quaſi vero quispiam hominum *Edylen* Bacchi nutricem noverit. Itaque ἐδύλη ſuo loco repoſui, et Φαισύλη *Scaligeri* monitu in textum *Ammonii* reduxi; qui hanc notae ſuae partem hac ratione ſcriptam reliquerat: Φαισύλη, (δοκεῖ δ' αὔτη μία εἶναι τῶν τ. τὸν Διόνυσον. ἃς ὁ Λ. σ. κ. ἠ. Νυσσήϊον) Ἡδύλη. Optimo conſilio hanc nobis *Ptolemaei Aſcalonitae* notam exhibuit *Fabricius* V. C. §. 137. Σταφυλὴ ὀξυτόνως ἡ ὀπώρα· Σταφύλη δὲ βαρυτόνως, ὡς Φαισύλη, ἣ δοκεῖ μία εἶναι τῶν τιθηνησαμένων τὸν Διόνυσον κ. τ. λ. Quoniam vero hinc nondum liquido conſtat, Φαισύλη mulieri fuiſſe nomen, quae Bacchum nutricata dicitur, alios defenſores ſubiiciam, et ex hiſtoria

208 fabulari paucula delibabo. *Pheſyle* apud *Hygin.* fab. CXCII. et Poët. Aſtron. II. c. XXI. ante *Muncker.* legit *Hugo Grotius* ad *Arat.* Phaenom. p. 5. *Heſiodi* e deperdito libro fragmentum ab *Angelo* etiam *Politiano* I. Epiſt. 2. eundem in uſum productum, quia neque *Munckero* ad manum fuiſſe videtur, et in *Micylli* nota ad *Ovid.* Metam. III. v. 314. mendoſe proſtat, ex *Theone* ad *Arati* Phaenom. v. 172. adſcribam:

—— —— νύμφαι Χαρίτεσσιν ὁμοῖαι
Φαισύλη, ἠδὲ Κορωνὶς, ἐϋστέφανός τε Κλέεια
Φαιώ θ' ἱμερόεσσα, καὶ Εὐδώρη τανύπεπλος,
Ἃς Ὑάδας καλέουσιν ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων.

Viden' inter Ὑάδας etiam Φαισύλην; Iam vero *Pherecydes*, notante *Etymologo* in v. Ὕης, τὴν Σεμέλην Ὕην λέγει, καὶ τὰς τοῦ Διονύσου τροφοὺς Ὑάδας. ita legendum, non ὕδας, aut cum MS. ὕας. idque eo potiſſimum notandum duxi, ne quis *Sylburgio* crederet, qui, vulgata lectione deceptus,

in adcuratiſſimo indice poſuit Ὕδαι, *Bacchi nutrices*. Alia dabit *Fabricius* Biblioth. Gr. L. II. c. VIII. §. 17. et *Muncker*. ad *Hyg*. fab. 182. Pro *Αἰσύλη* in *Homer. Schol.* ad Il. *Σ*. v. 486. *Φαισύλη* perbene ex *Heſiodo* reſtituendum cenſuit *Cantrabrigienſis* Iliadis Editor. Aliud ibidem eſt inter Bacchi nutrices nomen *Διώνη*, quod ego non dubitanter ita emendandum puto, ut pro *Διώνη* reponatur *Θυώνη*· *Dione* enim Bacchi fuit mater, *Thyone* nutrix, uti graviſſimus auctor eſt *Panyaſis* ἐν τρίτῳ Ἡρακλείας·

Καί ῥ᾽ ὁ μὲν ἐκ κόλποιο τροφοῦ θόρε ποσσὶ Θυώνης.

apud *Schol. Pindari* ad Pythion Od. III. v. 175. ubi pro ἐν in margine libri ſui ἐκ poſuerat etiam *Scaliger*.

CAPUT XIII. 209

Corrigitur Ammonii nota ad Γεφυριασμὸς, ſive Γεφυρισμός. Quid ſit Γεφυρίζειν; idem fere quod κακὰ λεσχάζειν. Λέσχη vocabulum peregrinum incertae originis. Orientales voces ſaepe Etymologos in errorem inducunt. Λέσχαι qualia olim fuerint aedificia? Sophiſtarum conciliabula. Θῶκοι ἀργικοί. Nobilis Euripidae verſus emendatur. A λέσχη, λεσχαίνειν et λεσχάζειν.

Σκῶμμα Γελοίου, Εὐτραπέλου καὶ Γεφυριασμοῦ διαφέρει.] Ubi reliquam notam cum *Thoma M.* comparabam, ultimam partem ſepoſui, quam hic illuſtrarem: *Γεφυριασμὸς δὲ ἀπὸ τοῦ τοῖς Ἀθήνησιν ἐπὶ τῶν γεφυρῶν ἐπιγράφειν ἤτοι ἔμμετρα, ἢ καὶ δίχα μέτρων διασυρμοὺς τινῶν·* quem locum produxerunt *Io. Meurſius* Att. Lect. V. c. 31. Eleuſin. c. 27. et *Sam. Bochartus* Geogr. S. P. II. L. I. c. XXI. Horum utrique uti quidquid erat antiquarum rerum patebat, mirum equidem non eſt, veterum ſcriptorum loca, diverſa tantum facie et cuique proprio colore delineata, eadem apud utrumque reperiri. In id etiam ambo conſentiunt, ut pro *Γεφυριασμὸς* reponendum eſſe ſtatuant *Γεφυρισμὸς*, et leviores corruptelas, quae *Ammonii* verbis inſident, intactas praetereant; neque enim ſatis, ut opinor, cohaerent

τοῖς Ἀθήνησιν, et *ἔμμετρα διασυρμούς*. cui tamen vitio tollendo facile ſuccurret, qui ſua ex *Ammonio* depromſit,
210 *Thom. M.* is ad v. *Σκῶμμα* ita ſcribit: *Γεφυριασμὸς δὲ* (quod, ſi *Thomae* manum habere velis, cave mutes) *ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τῶν γεφυρῶν γράφειν ἤτοι ἔμμετρα, ἢ καὶ δίχα μέτρων, διασυρμόν τινων ἔχοντα.* quae omiſit *τοὺς Ἀθήνησιν* (ita lego pro *τοῖς*) in *Ammonio* retinenda puto, cui ex *Thom. M.* reddes *διασυρμοὺς τινῶν ἔχοντα.* ſive enim *διασυρμοὺς* legas, ſeu *διασυρμὸν*, non multum intereſt. e ſchedis *Ptolemaei Aſcalonitae* §. 141. *Fabricius* protulit *διασυρμούς τινας περιέχοντας.* niſi potius in ſcripto libro *περιέχοντα* extiterit. *Proclus* in Chreſtomathia: *ὁ δὲ Σίλλος πεφασμένως λοιδορίας καὶ διασυρμοὺς ἀνθρώπων ἔχει. Γεφυρισμὸς* autem in *Amm.* legendum ſuadet ſaltem cognita forma verbi *Γεφυρίζειν*· quod, cum denotet *ſcurrili et petulanti ioco petere et obtrectare*, cum Latino *carinari*, quod verbi *Gatakerus* ad *Antonin.* I. §. 15. expoſuit, pulcre contulerunt *Scaliger* ad *Feſt.* in v. *Carinari* et, qui *Scaligeri* nota ſtrenue fuit uſus, *Mauſſacus* ad *Harpocr.* in *Βωμολοχεύεσθαι.* In veteris *auctoris* loco apud *Suidam*, ab aliis forte praetermiſſo, Sylla Athenienſibus iratus fuiſſe narratur *διὰ τὰ σκώμματα, ἃ δὴ πολλὰ κατ' αὐτοῦ γεφυρίζων καὶ ἐπικερτομῶν ὁ Ἀρίστων παρ' ὅλην ἀπέῤῥιπτε τὴν πολιορκίαν.* Unde verbum *Γεφυρίζειν* in eam defluxerit ſignificandi poteſtatem, non aliunde mihi videtur repetendum, quam ab hominibus nequam et deſidioſis, qui nihil agendo in pontibus diem conterebant. Si non ſimilis, finitima certe eſt ratio verbi *λεσχάζειν* a *λέσχη* derivati; itaque, cum nihil ſit, quod porro de verbo *γεφυρίζειν* notem, vocis *λέσχη* ſecundum veteres uſum declarare libitum eſt. Primum ponam *Caſauboni* verba ex Animadv.
211 in *Athen.* V. c. IV. p. 337. 338. *Λέσχη antiquiſſimis Graecis dicebatur otioſorum hominum conventus, ut ſenum et mendicorum, qui ad blaterandum congregari amant. Ita Homerus, Heſiodus, Herodotus.* Ibidem loci vocem *λέσχη* peregrinam eſſe ſubmonuit *Caſaubonus*, eique Hebraeam etiam radicem ſubſtituit, aliam *Bochartus*; et commemini, nonneminem diverſam etiam, huic voci ſatis apte

reſpondentem, excogitaſſe. quo autem conſtet, quam facile ſit et nullius res operae, in huiuscemodi vocibus fallaces literarum tractus aucupari, et doctioribus obniti, in hac voce exemplum ponam. Eſt in Hebraeo Codice ſuperſtes verbum שוח, quod Alexandrini fere per *ἀδολεσχῆσαι* reddiderunt; erunt itaque, ita ſuſpicor, qui hinc loca, in quae garruli homines conveniebant לשוח, *ad confabulandum*, *λέσχας* Graecis denominari potuiſſe arbitrabantur. *Neoptolemus* in Gloſſario apud *Proclum* ad *Heſiod.* *Ἔργ.* v. 493. *λέσχην* fuiſſe ſcribit *ὄνομα αὐλῆς, ἐν ᾗ πῦρ ἐστι.* Nimirum *λέσχαι aedificia* proprie dicebantur, *pauperibus veſpertino tempore excipiendis et adverſus aëris intemperiem tutandis publicitus conſtructa.* *Schol. Hom.* ad Od. *Σ.* v. 328. *λεσχην* interpretatur *δημόσιον οἴκημα, οἷον λέχην* (non *λέσχην*), *παρὰ τὸ ἐν αὐτῷ τοὺς μὴ ἔχοντας οἰκήματα λέχη ποιεῖσθαι.* Horum aedificiorum ingentem Athenis fuiſſe numerum docuit *Meurſius* Athen. Att. III. c. VI. plura ad hanc rem notant *Commentatores* ad *Aelian.* Var. Hiſt. II. c. 34. p. 159. 160. et *I. G. Graevius* Lect. *Heſiod.* c. XII. ubi et Atticam garrulitatem tangit. Vetus in garrulos dictum: *ἀηδόνες λέσχαις ἐγκαθήμεναι,* antea minus intellectum, expoſuit *H. Stephanus* Animadv. in *Erasmi* Adagia. 212
Quod porro ſcribit *Caſaubonus: poſtea de ſapientum congreſſibus id verbum cepit uſurpari,* firmat *Hierocles* apud *Apoſtolium* XI. 90. olim, inquiens, *οἱ τόποι, ἐν οἷς εἰώθεσαν ἀθροιζόμενοι φιλοσοφεῖν, λέσχαι ἐκαλοῦντο.* tametſi de iſtis potiſſimum conciliabulis videtur uſurpatum, in quibus non homines prudentes paucis et ſobrie diſſertabant, ſed in quibus garruli ſophiſtae de rebus nihili aut humanae menti praecluſis, multis temere philoſophabantur. *Ariſtophanes* vocat *λεπτολογεῖν* et *περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν.* Talium hominum conventum *λέσχην* nuncupat *Epicrates* apud *Athen.* II. p. 59. F. Platonis convivium fuiſſe *λέσχην φιλοσόφων* negat *Athen.* V. p. 192. A. Pro *λέσχαις* admirabili gravitate, neque adeo a *Cantero* aut *Barneſio* percepta, *θώκους ἀργικοὺς, deſidioſas ſedes,* dixit *Euripides* in Philoctete:

Τί δῆτα θώκοις ἀργικοῖς ἐνημένοι
Σαφῶς διόμνυσθ' εἰδέναι τὰ δαιμόνων
Οἱ τῶν δὲ χειρώνακτες ἄνθρωποι λόγων;

Qui Graecarum elegantiarum ſunt expertes, ad Ill. *Grotii* verſionem animum advortant in Exc. ex *Stob.* Ethicis p. 170.

Quid vos ſedentes otioſis ſedibus
Iactatis omnes noſſe res coeleſtium
Temerarii tumoris audaces fabri?

Poſtremi verſus corruptelam *Canterus*, ut puto, perſenſit, itaque verſionem non adiecit; *Grotiana* ad priorum granditatem minime adſurgit. *Euripides* ad hunc modum, niſi fallor, ſcripſerat:

213 *Θνητῶν δὲ χειρώνακτες ἄνθρωποι λόγων.*

vitio originem praebuit vicina literarum *O* et *Θ* figura. verſione autem Latina *Euripideae* ſententiae elegantias non deteram. eundem ſenſum uno verſu conplectitur *Demonax:*

Θνητοὶ γεγῶτες μὴ φρονεῖθ' ὑπὲρ θεούς.

Quod reliquum eſt, a *λέσχη* deſcendunt *λεσχαίνειν* et *λεσχάζειν*. *Perictyone* Pythagorea, ſive qui ſub huius nomine latet, apud *Stob.* Tit. LXXVII. p. 458. *parentes καὶ ζῶντας καὶ ἀποιχομένους σέβειν χρὴ, καὶ μηδέποτε ἀντιλεσχαίνειν, obgannire. Theognis* v. 613.

Σιγᾷν δ' οὐκ ἐθέλουσι, κακοὶ κακὰ λεσχάζοντες.

Quod ultimum ad *γεφυρίζειν* proxime accedit.

CAPUT XIV.

Artes liberales et ſellulariae Ammonio Τέχναι et Ἐπιτηδεύματα· haec minus rite ἄλογα vocari. Sellularias artes melius dici Πρακτικάς. Τέχναι βαναυσικαί. Xenophon corrigitur ex Stobaeo. Καθῆσθαι. Βάναυσοι vulgo qui per ignem operantur. Etymologus, Cyrillus et Heraclitus emendantur. Βαῦνος.

*Τεχνίτης καὶ Βάναυσος διαφέρει. Τεχνίτης μὲν γάρ ἐστιν
ὁ λογικῆς τινος τέχνης ἔμπειρος καθεστώς· Βάναυσος δὲ,
ὁ δι᾽ ἀλόγου τινὸς ἐπιτηδεύματος.*] Pro *διὰ λόγου* haud
ſane dubitanter poſui ex mente *Scaligeri δι᾽ ἀλόγου*. In 214
praecedenti nota *Τέχνην* et *Ἐπιτήδευμα* ita diſcernit, ut
artes liberales τέχναι, *ſellulariae ἐπιτηδεύματα* ſint vocandae.
Ἐπιτήδευμα δὲ, inquit, *τὸ λόγου χηρεῦον, οἷον χαλκευτικὴ,
τεκτονική*· dubium autem non eſt, quin haec vocabula
promiſcue ſint a veteribus uſurpata, e quibus neſcio
an facile quisquam dari poſſit, qui *artes illiberales ἀλόγους*
nuncupaverit: verum quidem eſt, vulgo *βαναύσους τέχνας*
dici, atque ab iis diſtingui *τὰς λογικὰς*, veluti *artes liberales*
a *ſellulariis*, neque tamen hae propterea *ἄλογοι*. *Ammonius
Hermeae* ad *Porphyr.* f. 5. b. *οὐ μόνον αἱ λογικαὶ τέχναι
καὶ ἐπιστῆμαι δέονται φιλοσοφίας, ἀλλὰ καὶ αἱ βάναυσοι
λεγόμεναι τέχναι.* ubi quae ſequuntur, peregregia
ſunt. quin *ſellularias* artes *ſordidas* dici poſſe adfirmanti
Salmaſio de Trapez. Foen. p. 189. 190. obloquitur *Heraldus*
Animadv. in *Salm.* Obſerv. ad Ius A. et R. II. c. XXII.
§. 3. et 4. Ad hanc etiam rem conferri poſſunt *Wowerius*
Polym. c. III. §. 2. 3. et ad *Aelian.* V. H. VI. c. 6. p. 450.
et 451. viri clariſſimi *Iac. Perizonius* et *Abrah. Gronovius*.
Placet inprimis *Scholiaſtae* ad *Dionyſ. Thracem* inediti obſervatio,
qui *ſellularias artes* vocat *πρακτικὰς*, et eatenus
eas diſtinguit a *λογικαῖς*. Grammatici verba producam:
*τῶν δὲ τεχνῶν διαφοραὶ εἰσὶ δύο. αἱ μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσὶ
λογικαὶ, αἱ δὲ πρακτικαί. καὶ λογικαὶ μὲν εἰσὶν οἷον γραμματικὴ,
ῥητορικὴ, φιλοσοφία· πρακτικαὶ δὲ, οἷον τεκτονικὴ,
χαλκευτικὴ, καὶ αἱ τούτοις παραπλήσιοι. Τὰς πρακτικὰς*
Xenophon vocat *βαναυσικὰς τέχνας* Oecon. p. 827. C. ubi
mirum in modum eas deprimit *Socrates*, et contemptus
rationes promit: *καταλυμαίνονται γὰρ*, inquit, *τὰ σώματα
τῶν τε ἐργαζομένων καὶ τῶν ἐπιμελουμένων, ἀναγκάζουσαι* 215
*καθῆσθαι καὶ σκιατραφεῖσθαι, ἔνιαι δὲ καὶ πρὸς πῦρ
ἡμερεύειν. τῶν δὲ σωμάτων θηλυνομένων καὶ αἱ ψυχαὶ
πολὺ ἀῤῥωστότεραι γίγνονται.* Pro *πολὺ* ſcribe *ἐπιπολὺ*,
plerumque, ex *Stobaeo* Tit. LIX. p. 382. quem viciſſim ex
Xenophonte ſanabis. in huius verbis *τὸ καθῆσθαι* et *πρὸς*

πῦρ ἡμερεύειν obſervatu non ſunt indigna; vocem καθῆσθαι in ſellulariis artibus propriam e *Poll.* illuſtravit *Salmaſ.* De Uſur. c. XII. p. 337. alterum ad Grammaticos veteres eſt referendum, qui βαναύσους proprie dictos volunt, qui per ignem operarentur. Etymologici M. *Auctor* p. 187. Βάναυσος, πᾶς τεχνίτης, κυρίως ὁ διὰ πυρὸς ἐργαζόμενος. (Βαῦνος γὰρ ἡ κάμινος εἴρηται.) Σοφοκλῆς· (Ai. v. 1141.)

Οὐ γὰρ βάναυσον τὴν τέχνην ἐκτησάμην.

Ita is locus videtur reſtituendus. MS. εἴρηται et ἐκτησάμην ſuppeditavit pro vulgata lectione ῥητορικῶς et ἐκτήσω. *Cyrillus* Lexico MS. Βάναυσος, πᾶς τεχνίτης διὰ πυρὸς ἐργαζόμενος· Βάναυσος γὰρ ἡ κάμινος. quinimo legendum Βαῦνος γὰρ ἡ κάμινος. *Schol. Ariſtoph.* ad Acharn. v. 86. Βαύνους ἔλεγον τὰς καμίνους. Eadem medicina *Heraclito* eſt facienda Allegor. *Homer.* p. 495. ἐκ τῶν βαναύσων (l. βαύνων) διάπυρος ὁ τοῦ σιδήρου μύδρος ἑλκυσθεὶς, ὕδατι βαπτίζεται. Vulcanum τέχνην ἔχοντα βάναυσον facete ridet *Lucianus* Deor. Dial. XV. ἱδρῶτι ῥεόμενον, εἰς τὴν κάμινον ἐπικεκυφότα, πολλὴν αἰθάλην ἐπὶ τοῦ προσώπου ἔχοντα. Alibi eundem βάναυσον vocat καὶ χαλκέα καὶ πυρίτην. Ceterum, quod in talibus fieri fere conſuevit, quidquid minus liberale et indoctum habebatur, uſu frequentiſſimo βάναυσον dicebatur.

216 CAPUT XV.

Τρόχος pro δρόμος ſecundum Gramm. βαρυτόνως ſcribendum. Diſcrimen inter Ὕπαρ et Ὄναρ. iſta veluti diverſa opponi. Max. Tyr. emend. Σαφῶς et ὄναρ. Loquendi formula καὶ ὕπαρ καὶ ὄναρ. Corruptus Democriti locus indicatur. Ὑπάγειν vice τοῦ προάγειν et ſimilia. Schol. Ariſtoph. Comici fragmentum et Heſychius emendantur.

Τροχοὶ ὀξυτόνως, καὶ Τρόχοι βαρυτόνως διαφέρουσι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς.] *Schol. Dionyſii Thracis:* Τροχὸς μὲν ἐστιν ὁ τρέχων· Τρόχος δὲ ὁ τρεχόμενος. clarius *Etymologus* p. 686. v. 10. Τρόχος ὁ τόπος, ἐν ᾧ τρέχουσι· Τροχὸς δὲ

ὁ τρέχων. ea etiam ratione apud *Amm. Tryphon:* Τρόχους δὲ, inquit, βαρυτόνως λέγουσι τοὺς δρόμους, et in eam rem adducit locum ex *Euripidis* Alope, nisi tamen in *Amm.* pro ἀναγινώσκωμεν γὰρ, ὥς φησιν, μὲν ἐν Ἀλόπῃ Εὐριπίδου, levi mutatione legi debeat: ὥς φησιν, ἐν Μεναλίππῃ Εὐριπίδου. Alium ex eiusdem *Tragici* Medea locum adfert *Auctor* Etymolog. M. Τρόχος βαρυτόνως ἐπὶ τοῦ δρόμου. Εὐριπίδης Μηδείᾳ,

> Ἀλλ᾽ οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι
> Στείχουσιν.

ἀντὶ τοῦ γυμνασίων, δρόμων. *Scholiastes* ad istum e Medea versum 46. ἐκ τρόχων, inquit, βαρυτόνως, ὡς νόμων. Ἀριστοφάνης·

> Βαδίζει μοι τὸ μειράκιον ἐξ ἀποτρόχων.

ὡς ἀπὸ γυμνασίας οὖν ἐλθόντας τοὺς παῖδας. In Comici 217
versu malim cum *Hesychio* ponere ἐξ ἀποτρόχου, quod is exponit ἐκ περιδρόμου. Ad mentem *Ammonii* in *Sophoclis* Antigone v. 1181. scribi etiam deberet: Τρόχους ἁμιλλητῆρας ἡλίου. Adde *Eurip.* Hippol. v. 1133. *Phavorin.* Τρόχοι, δρόμοι, παρὰ τῷ Ἱπποκράτει.

Ὕπαρ Ὀνείρατος διαφέρει. Ὕπαρ μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἐναργὴς ὄψις· Ὄνειρον δὲ, ἡ ἐν τῷ καθεύδειν φαντασία.] Dum in his discernendis alii strenue nugantur, differentiam optime constituit *Ammonius*. Ex veterum usu Ὄναρ *fallacem* et *obscuram* φαντασίαν, quales fere in somniis nos deludunt, Ὕπαρ *exploratam rei veritatem* designat. Ὕπαρ ab *Hesychio* exponitur ἀλήθεια in v. Ἦπαρ. *Max. Tyr.* Serm. XXVIII. p. 162. (λόγους) σφαλεροὺς καὶ ἀπατεῶνας, καὶ μηδὲν ὕπαρ ἐπὶ τὴν ψυχὴν φέροντας. *nihil habentes, in quo animus tuto possit adquiescere.* *Plato* in Politic. p. 124. χαλεπὸν, ὦ δαιμόνιε, μὴ παραδείγμασι χρώμενον, ἱκανῶς ἐνδείκνυσθαί τι τῶν μειζόνων. κινδυνεύει γὰρ ἡμῶν ἕκαστος οἷον ὄναρ εἰδὼς ἅπαντα (malim ἕκαστα ex *Stob.* Ecl. Phys. II. p. 157.) πάντ᾽ αὖ πάλιν ὥσπερ ὕπαρ ἀγνοεῖν. *periculum enim est, ne, qui singula obscure noverimus, postea universa vere ignoremus.* *Pindarus* Olymp. Od. XIII. v. 94.

ἐξ ὀνείρου δ᾽ αὐτίκα
ἦν ὕπαρ.

Formula loquendi proverbiali perquam frequenter *ὕπαρ* et *ὄναρ* ſibi invicem ſolent opponi. *Heliodor.* II. p. 84. *καὶ εἴθε γε ὕπαρ ἦν, καὶ μὴ ὄναρ, ὦ Θεάγενες, τὸ φανέν.*
218 Adde III. p. 147. *Ariſtaen.* II. Epiſt. 18. et *Max. Tyr.* Serm. XXI. p. 120. Macula non ſane gravi, ſed quae venuſtiſſimi tamen ſcriptoris locum deformat, diſſert. XXVII. liberabo. Ultima iſtius diſſertationis verba ita leguntur in editis: *εἶδον καὶ τὸν Ἀσκληπιὸν, ἀλλ᾽ οὐχὶ ὄναρ εἶδον· καὶ τὸν Ἡρακλέα, ἀλλ᾽ ὕπαρ.* ubi planiſſime legendum cenſeo: *ἀλλ᾽ οὐχὶ ὄναρ εἶδον, νὴ τὸν Ἡρακλέα, ἀλλ᾽ ὕπαρ.* Apud *Heliod.* VIII. p. 390. dubitat Chariclea, an ſomnianti oblata fuerit imago, verene Calaſirin viderit: *οἷον γάρ μοι νῦν ὄναρ (εἴτε καὶ ὕπαρ ἦν) ἐνθύμιον γέγονεν.* Pro *ὕπαρ*, *σαφῶς* poſuit *Strato* in Antholog. inedita:

Ἑσπερίην Μοῖρίς με, καθ᾽ ἣν ὑγιαίνομεν ὥρην,
Οὐκ οἶδ᾽ εἴτε σαφῶς, εἴτ᾽ ὄναρ, ἠσπάσατο.

Eſt in Epiſtola quadam Paulina locus, qui hinc lucem accipiet non ſpernendam. Ab iis autem, quae protuli, probe ſecernenda eſt locutio *καὶ ὕπαρ καὶ ὄναρ*, qua praeter *Max. Tyr.* Serm. XXVI. p. 154. uſus eſt *Democritus* apud *Stobaeum* Ecl. Phyſ. II. p. 205. *Ὁ μὲν εὔμυθος* (L. *εὔθυμος*) *εἰς ἔργα ἐπιφερόμενος δίκαια καὶ νόμιμα καὶ ὕπαρ καὶ ὄναρ χαίρει. per totum vitae ſpatium tranquilla pace gaudet.* Reliqua *Democriti* verba, cum a me corrigi non poſſint, ſuo loco relinquo.

Ὑπάγειν καὶ Πορεύεσθαι διαφέρει.] Recepta erat *Ammonii* aevo conſuetudo verbum *Ὑπάγειν* uſurpandi pro *πορεύεσθαι·* quam loquendi rationem, a Grammaticis plerisque damnatam, alii tamen hoc argumento tuebantur, ut *ὑπάγειν* dici poſſet *ἀντὶ τοῦ προάγειν· ὥσπερ Ὑφηγητὴν*
219 (*Ammonii* verba ſunt) *ἀντὶ τοῦ προηγητὴν, καὶ Ὑπογραμμὸν ἀντὶ τοῦ προγραμμόν· ὥς φησι καὶ Ἀριστοφάνης·*

Ἐγὼ δὲ ὑπαίρω τὸν ὅρκον.

ἀντὶ τοῦ προαίρω. Verba *Ariſtophanis* antea a me non

intellecta, postquam paulo propius considerare coepi, levissimo opere emaculari posse videbantur. Eadem autem in *Ammonii* Codd., quos *Thomas M.* et *Moschop.* tractarunt, si iam depravata fuisse dixero, nihil adfirmavero, quod non vero videatur simillimum. Uterque enim alium locum ex *Aristoph.* Ranis v. 175. eundem in usum advocavit. Diversum etiam *Etymologus* in Ὑπογραμμὸς ex eadem *Aristoph.* fabula v. 898.

Ὑμεῖς δὲ ταῖς Μούσαις τι μέλος ὑπᾴσατε.

eo modo in edito *Aristoph.* corrigendum esse pro προσᾴσατε ex *Etymologo* animadvertit *Kusterus*, qui tamen minus rite Scholion constituit: τὸ ὑπᾴσατε ἴσον τῷ προσᾴσατε· cum scribi debeat: ἴσον τῷ προᾴσατε. Sed ut ad illam *Aristophanis* ῥῆσιν, cuius causa hanc notam exorsus sum, deveniam, primum eam e deperdita comoedia decerptam esse auguror, hoc autem modo corrigendam: Ἐγὼ δ' ὑπερῶ τὸν ὅρκον· —— ἀντὶ τοῦ προερῶ. *praeibo verba iurisiurandi.* Hoc autem ut verum credam, facit *Hesychii* adnotatio, itidem corrupta: Ὑπερορῶ, ὑπερβάλλω, ἀντὶ τοῦ προορῶ. Primum ordo literarum in *Hesychio* minime spernendus poscit: Ὑπερῶ. Ad hoc indicium facile ita locum constitues: Ὑπερῶ, ὑποβαλῶ, ἀντὶ τοῦ προερῶ. *verba, quibus iurandum sit, subministrabo.*

CAPUT XVI. 220

Φάκελος et Σφάκελος a librariis permutari. Φάκελος Oppiano restituendum. Σφάκελος exponitur. Cyrilli et Hesychii Lexica emendantur. Legendumne sit in Amm. δηλητήριον an κηλητήριον; prius probatur. Δηλητήριον φάρμακον parari ex malis herbis. Tibulli versus emaculatur. Δηλήσασθαι de venenata potione. Φαρμακεία. Lucianus corrigitur. Μαγεία et Γοητεία quomodo differre censeantur?

Φάκελος καὶ Σφάκελος διαφέρει. Φάκελος μὲν γάρ ἐστι φορτίον ξύλων. Θουκυδίδης, φακέλους ὕλης ἀργείας. Σφάκελος δὲ, ὁ μετὰ φλεγμονῆς σπασμός.] Mendosa Editio-

nuni lectio fecit, ut minus certe opportuna notaret *H. Stephanus* Thes. Gr. T. III. p. 1167. Sinceram utriusque vocis scriptionem exhibui, uti apud *Amm.* sic et alibi a librariis frequenter depravatam. Apud *Hesych.* in v. Ῥαχοὶ, φακέλους τῶν ξυλων pro σφακέλους corrigit *Salmasius.* Eodem vitio laborat *Oppianus* Hal. IV. v. 419. hac ratione emendandus:

> *Συμφερτοὺς δονάκων φακέλους ἅμα γυρώσαντες*
> *δίναις ἐγκατέθηκαν.*

densos arundinum fasces in unum colligatos vorticibus immittunt. Bonae notae est, quod in Scholiis extat: σφακέλους, sive, uti scribendum puto, φακέλους, δεσμά. quae
221 adiiciuntur, ab *Oppiani* loco aliena, *Rittershusium* deceperunt. *Schol. Aristoph.* ad Ran. v. 863. φάκελοι, τὰ βαρέα καὶ συνδεδεμένα φορτία τῶν ξύλων. *Vetus Auctor* apud *Suidam* in Δᾴς· Φακέλους πίσσῃ κεχρισμένους κομίζοντες, τὴν πλάτην ἀνάπτουσι. Plura dabunt Viri Docti ad *Thucyd.* II. c. 77. In eo autem, quem posui, *Oppiani* loco φακέλους scribendum, vocabulum σφάκελος ab eodem poëta usurpatum Hal. II. v. 583. et V. 540. satis demonstrat. Ad priorem locum σφάκελος a *Schol.* exponitur σῆψις τοῦ μυέλου, ὁ σπασμὸς, ὁ παλμὸς, ὁ σφυγμός. e quibus vocabulis unum restituendum est *Cyrillo,* in cuius Lexico, dignissimo, quod in publicam lucem emittatur, vitiose legitur: Σφάκελα, σφυγμὸς, καὶ παλαιός· cum scribi debuisset: Σφάκελος, σφυγμὸς καὶ παλμός. Ab *Amm.* σφάκελος optime redditur ὁ μετὰ φλεγμονῆς σπασμός. Apud *Heliod.* VIII. p. 379. ex venenata potione pessima mulier σπασμοῖς τε καὶ σφακελισμοῖς ὀξυτάτοις ἐπιέζετο. *Aeschylus* in Prom. Vinct. v. 877.

> Ὑπό μ' αὖ σφάκελος καὶ φρενοπληγεῖς
> Μανίαι θάλπουσ' —— ——

Schol. Σφάκελος, σπασμὸς τοῦ ἐγκεφάλου. *Euripid.* Hippol. v. 1353.

> *Κατά γ' ἐγκέφαλον πηδᾷ σφάκελος.*

Latissimo usu ab *Hippocrate* adhiberi indicat *Galenus* in Gloss. Σφάκελος] φθορὰ πᾶσα, καθ' ὃν ἂν γίγνηται τρό-

κον· idque monſtrat *Foeſius* in Oecon. *Hippocr.* ut adeo mirum videri poſſit, quod ſcribit *Heſychius*: *Ἀπεσφακέλισεν. ἐσάπη. Ἀριστοφάνης Ὁλκάσιν. οἱ δὲ ἰατροὶ, τὴν ἐκ τῆς ὄψεως μέλαιναν, ἢ ἀντὶ τοῦ προσεσπάσθη ἢ αἰφνιδίως ἀπέθανεν.* Quo in loco ſive vocem *σφάκελον* inſerendam ſeu ſubaudiendam eſſe cenſeas, parum refert; modo expoſitionem paululum refingere, et pro *τὴν ἐκ τῆς ὄψεως μελανίαν, τὴν ἐκ τῆς σήψεως μελανίαν*, ſive *μελῶν ἀνίαν* ponere ne formides. 222

Φαρμακεία Γοητείας διαφέρει. Φαρμακεία μὲν γὰρ κυρίως, ἡ βλάβη ἡ διὰ δηκτηρίου τινὸς γινομένη φαρμάκου· Γοητεία δὲ, ἡ ὑπὸ ἐπικλήσεως τε καὶ ἐπαοιδῆς.] Cogitabam aliquando, pro *δηκτηρίου* reſtituendum eſſe *κηλητηρίου*. *Suidas* inprimis eam cogitationem moverat, ſecundum quem *Φαρμακεία λέγεται, ὅταν διά τινος σκευασίας θανατηφόρου πρὸς φίλτρον δοθῇ τινι διὰ στόματος. Φίλτρον* autem, *amatorium Senecae* Epiſt. IX. ſive, uti vocat *Achill. Tat.* IV. p. 259. *φάρμακον ἔρωτος*, in *Sophoclis* Trachin. v. 582. dicitur *κηλητήριον*, *delinimentum*. Nunc nullus dubito, quin genuinam ſcripturam *Thomas M.* nobis repraeſentet, et in *Ammonio* ponendum ſit: *ἡ βλάβη, ἡ διὰ δηλητηρίου τινὸς γινομένη φαρμάκου. Venena* ſive *φθοροποιὰ φάρμακα* eximie *δηλητήρια* ſolent nuncupari. *Schol. Apoll. Rhod.* III. v. 200. *Hecaten* ſcribit *πρώτην θανασίμους ῥίζας εὑρεῖν, καὶ ἐμπειροτάτην γεγονέναι τῶν τε δηλητηρίων καὶ τῶν ἰᾶσθαι δυναμένων.* Quas hic *θανασίμους ῥίζας*, e quibus *τὸ δηλητήριον* parabatur, *malas herbas* vocat *Tibullus*; ita enim pro *alias herbas* ſcribendum cenſeo II. El. IV. 60.

Si modo me placido videat Nemeſis mea vultu,
Mille malas herbas miſceat illa: bibam.

Heliodor. VIII. p. 380. *ἀλλ' ἦν, οἶμαι, καὶ δηλητηρίου ψυχὴ δολερὰ πικρότερον. Heſychius: Ἐλλέβορον, δηλητήριον φάρμακον, ἤτοι βρῶμα. Idem: Κυκεῶ, πόμα ἐκ πολλῶν βοτανῶν συγκείμενον, φαρμακεία, ποτὸν δηλητήριον.* Succedat *Cyrilli* nota e Lex. MS. *Δηλητήριον, φάρμακον ὀλέθριον, βοτάνη θανάσιμος, ἀντίδοτος. εἴρηται δὲ παρὰ* 223

τὸ δηλήσασθαι καὶ βλάψαι. Recte. *Parthen.* c. XXIX. οἴνῳ πολλῷ δηλησαμένη αὐτόν. *Theocrit.* IX. v. 35. τῶσδ' οὔτι ποτῷ δαλήσατο Κίρκη. Vocem φαρμακεία eo, quo *Ammonio* redditur, ſenſu accepit *Lucianus* de merc. cond. T. I. p. 478. πολλοὶ γὰρ οἱ ἐς τὰς οἰκίας παρελθόντες, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἄλλο χρήσιμον εἰδέναι, μαγείας καὶ φαρμακείας ὑπέσχοντο, καὶ χάριτας ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς. Neminem dubitaturum confido, quin pro μαντείας iure poſuerim μαγείας. Similiter enim *Lucian.* in Pſeudom. p. 750. γόης τῶν μαγείας καὶ ἐπῳδὰς θεσπεσίους ὑπισχνουμένων, καὶ χάριτας ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς. Non valde interim obnitar, ſi quis pro μαγείας, μαγγανείας mavelit; cuius vocis uſum declaravit Cl. *Arnaldus* Var. Coniect. I. c. XXX. Apud *Moſchopul.* in Γοητεία, Μαγγανεία (vulgatur μαγκανεία) exponitur ἐπίκλησις δαιμόνων τινῶν ἀγαθοποιῶν πρὸς ἀγαθοῦ τινος σύστασιν. Frequentius μαγεία nuncupatur, eo diverſa a γοητείᾳ, quod haec ſit ἐπίκλησις δαιμόνων κακοποιῶν, illa vero ἀγαθοποιῶν· prouti diſtinguunt *Auctor* Lex. MS. in Bibl. *Coisl.* p. 236. et *Suidas* in Γοητεία. ubi in ſcripto libro ita legitur: Γοητεία, μαγεία: Γοητεία καὶ Μαγεία καὶ Φαρμακεία διαφέρει.

224 CAPUT XVII.

Promiſcuus uſus vocabulorum Φάγαινα et Φαγέδαινα. Graviſſimum Philoctetae morbum φαγέδαιναν eximie vocari. Ἐδηδών. Pulcra Demoſth. comparatio Paulino loco admovetur. Φριμάττεσθαι de hircis proprie uſurpari. Φριμαγμὸς reponitur in veteri Διαφορᾷ φωνῆς. Verbi φριμάττεσθαι uſus ſecundarii e Grammaticis indicati. Heſychius tentatur.

Φάγαινα μὲν λέγεται ἡ μετὰ τὰς νόσους πολυφαγία· Φαγέδαινα δὲ φῦμα ἀνήκεστον.] Non ſolum medici, quibus tamen huiuscemodi in rebus credendum, verum etiam alii, quos inter *Aquila*, Graecus Antiqui Foederis interpres, id morbi genus, quod πολυφαγία dici ſolet, Φαγέδαιναν vocarunt. In Lexico veteri apud *Montfauc.* Bibl. *Coisl.* p. 476.

Φαγέδαινα exponitur *νόσος λιμικὴ.* atque ea fortaſſe ratione apud *Suidam* legendum pro *λοιμικὴ*, tametſi poſterius de iſto uſu non incommode poni potuit, quem declaravit *Ammonius*, *Φαγέδαινα δὲ*, inquiens, *φῦμα ἀνήκεστον.* Secundum *Democritum* apud *Stobaeum* p. 506. *ἐν τοῖς ἕλκεσι φαγέδαιναι κάκιστον νόσημα.* Inſanabalis morbi gravitatem et inmane dolorum pondus luculenter deſcripſit *Sophocles* in Philocteta,

Cui viperino morſu venae viſcerum
Veneno inbutae taetros cruciatus cient.

Accii verba ſunt e cognomine Tragoedia conſervata apud 225
Nonium p. 324. Taetram gangraenam, quae miſerrimi hominis pedes inprimis erodebat, proprio nomine *φαγέδαιναν* dixerat *Aeſchylus* in Philocteta:

Φαγέδαιναν, ἥ μου σάρκας ἐσθίει ποδός.

quam verſum in eiusdem argumenti fabulam transſumpſit *Euripides*, verbo *ἐσθίει* in *θοινᾶται* demutato, obſervante *Ariſtotele* de Poët. c. XXII. Ad vocis *φαγέδαινα* notationem adludunt *Pindarus* et *Max. Tyr.* quorum hic *Philoctetae σῶμα* vocat *διαβεβρωμένον ὑπὸ τῆς νόσου*, Serm. XLI. p. 243. *Pindarus* autem *ἕλκει τειρόμενον*, Pyth. Od. I. v. 101. *Galenus* in Gloſſ. *Hippocrat. φαγεδαίνῃ, ἕλκει ἀναβιβρωσκομένῳ.* Interior vocabuli vis ex alio nomine *ἐδηδὼν* ſatis etiam percipi poteſt. Apud *Heſych.* *Ἐδηδὼν* redditur *φαγέδαινα.* Subiiciam pervenuſtum *Demoſthenis* locum, Ariſtogitonem gangraenae comparantis, quae, ne penitius permeët, reſecanda ſit, Orat. I. contra Ariſtog. p. 502. C. *δεῖ δὴ πάντας, ὥσπερ ἰατροὶ, ὅταν καρκῖνον, ἢ φαγέδαιναν, ἢ τῶν ἀνιατοτάτων τὶ κακῶν ἴδωσιν, ἀπέκαυσαν, ἢ ὅλως ἀπέκοψαν, οὕτω τοῦτο τὸ θηρίον ὑμᾶς ἐξορίσαι, ῥίψαι ἐκ τῆς πόλεως, ἀνελεῖν.* quibuscum *Paulina* loquendi formula in II. ad Tim. II. v. 17. commode conferri poteſt. *Pauli* locum reſpiciens *Auctor* Lex. MS. ad voces *Ὡς γάγγραινα* ita notat: *εἶδος πάθους ἀπὸ* (l. *ὃ ἀπὸ*) *μέρους ἐφ' ὅλον τὸ σῶμα χωρεῖ.* His addenda ſunt, quae notarunt *Foeſius* Oecon. *Hipp.* in *Φαγέδαινα* et *Stanleius* ad *Aeſchyli* fragm. p. 863.

226 Φριμάττεσθαι καὶ Φρυάττεσθαι διαφέρει. Φριμάττεσθαι μὲν γὰρ τὸν τράγον φαμέν· —— Φρυάττεσθαι δὲ τὸν ἵππον φυσῶντα καὶ γαυρούμενον.] *Hircus* φριμαξάμενος ἐς φυγὴν ἐτράπετο apud *Longum* I. p. 10. et p. 27. αἱ δὲ αἶγες ἐσκίρτων φριμασσόμεναι, καθάπερ ἡδόμεναι σωτηρίᾳ συνήθους αἰπόλου. ubi notat *Mollius*. Φριμαγμὸς, ἡ τοῦ τράγου φωνὴ, teſte *Amm.* In *Διαφορᾷ φωνῆς*, quam *Aldus* edidit, reperias: τράγων, φρυγμαγμὸς καὶ φρυγμός. ubi reponendum eſt φριμαγμός. *Herodotum* III. c. 87. de equi hinnitu φριμάξασθαι uſurpaſſe, monuit *Suidas*: Φριμάξασθαι παρὰ Ἡροδότῳ, τὸ φρυάξασθαι, ἢ πεφυσῆσθαι. *Schol. Theocr.* ad Idyll. V. v. 141. τὸ δὲ φριμάσσεο —— λέγεται καὶ ἐπὶ τῶν ἵππων. paulo poſt. Φριμαγμὸς μὲν γάρ ἐστι κυρίως ἡ τῶν ἵππων φωνή. ita enim videtur reſtituendum. Utrumque verbum φριμάττεσθαι et φρυάττεσθαι pulcre ſive ad *iracundiam*, ſeu ad *ſuperbiam* transferri ſolet, poſterius quidem uſu pervulgato, cum alterum φριμάττεσθαι minus ſit frequens. Dorienſes, monente *Corinthio*, τὸ βρενθύεται, φριμάσσεται φασί. *Cyrillus* in Lex. inedito: Φριμάσσεται. νεανιεύεται, ἐξαγριοῦται, ἀτάκτως πηδᾷ, καὶ χρεμετίζει. male in libro legebatur χραιμετίζει. Corrige *Heſychium*: Φριμάσσεται, σκιρτᾷ, ἐπεγείρεται. † Φρυᾶται, βριμμενᾷ. ſublata diſtinctione ſcribe: ἐπεγείρεται, ὀφρυᾶται, βριμαίνει. Ut opinor, non ineleganter φριμάσσεται exponi potuit ὀφρυᾶται. In *Antholog.* inedita:

> Τὸν θρασὺν εἷλον ἐγὼ, τὸ δ' ἐπ' ὀφρύσι κεῖνο φρύαγμα
> Σκηπτροφόρου σοφίας ἠνίδε ποσσὶ πατῶ.

227
CAPUT XVIII.

De vocibus animalium. Διαφορὰ φωνῆς ab Aldo edita. Zenodoti et alterius tractatus περὶ φωνῶν ζώων e ſcripto libro Voſſiano proferuntur; hinc nonnulla illuſtrantur. adfinia Grammaticorum loca obiter correcta. Emendantur Eratoſthenis Cataſterismi. Ἀραρίζειν ab Ammonio rabioſae cani tribui. Ἀῤῥάζειν· hirrire. Hirritus reponitur in Gloſſis.

Φωνεῖν καὶ Ὠρύεσθαι διαφέρει. Φωνεῖν μὲν γὰρ ἐπὶ ἀνθρώπων λέγεται· Ὠρύεσθαι δὲ ἐπὶ λύκων. παρατη|ρη|τέον δὲ ἐπὶ τῶν λοιπῶν τὸ οἰκεῖον ἑκάστῳ.] In propriis verbis, quibus quadrupedum volucrumque voces olim designabantur, enotandis et in unum colligendis Grammaticorum veterum opera enituit, quam ne quis male sedulam fuisse aut inutilem arbitretur, *Casaubonum* dabo et *Bochartum*, quorum neutrum in eadem materia elaborasse puduit. E *Casauboni* ad hanc rem collectaneis nonnulla vulgavit *Io. Christoph. Wolfius* V. C. in Casaubonianis p. 56—64. Varios autem, qui de animalium vocibus egerint, scriptores indicavit Celeb. *Io. Alb. Fabricius* Biblioth. Gr. Lib. II. c. xi. §. 4. atque istic etiam loci exhibuit *Διαφορὰν φωνῆς* ab *Aldo* primum vulgatam, ita tamen, ut, nescio quo pacto, omiserit, quae superiori capite ex *Aldina* Editione produxi, cuius mihi ex instructissima Bibliotheca copiam fecit Nobiliss. *Röverus.* Huiuscemodi bina opuscula *περὶ φωνῶν*
ζώων in Codice Bibliothecae *Leidensis* membranaceo vetu- 228
stissimo offendi, *Dionysii Thracis* Arti Grammaticae, et *Theodosii Alexandrini* Canonibus subiecta, quorum prius, ab edito parum diversum, nescio cui *Zenodoto* adscribitur, alterum nonnulla continet satis scitula, quaeque diligenter vestiganti minus videbantur pervulgata. Utrumque, prouti in MS. legebatur, hoc capite concludam.

ΖΗΝΟΔΟΤΟΥ [1].

Ἐπ' ἀνθρώπων κεκραγέναι. ἐπὶ κυνῶν ὑλακτεῖν. ἐπὶ προβάτων βληχᾶσθαι. ἐπὶ βοῶν μυκᾶσθαι. ἐπὶ ἵππων χρεμετίζειν. ἐπὶ ὄνων βρωμᾶσθαι, λέγουσι δὲ ἄλλα σπάνιον. ἐπὶ λεόντων βρυχᾶσθαι. ἐπὶ ἄρκων καὶ παρδάλεων ὀμάζειν [2].

1 *ΖΗΝΟΔΟΤΟΥ*] Huic nomini in MS. adiectum erat φιλέτερος· quod forsan in Φιλεταίρου demutandum, ut *Zenodoti Philetaeri* huic homini fuerit nomen: nisi tamen tractatum huncce antiquissimo *Zenodoto*, qui *Philetae* fuit discipulus, adscribi voluerint.

2 Ὀμάζειν] *Moschopulus* περὶ συντάξεως p. 223. ἐφ' ὧν δὲ οὐκ ἔστιν ὄνομα τῆς φωνῆς ἴδιον, οἷον ἄρκτου καὶ παρδάλεως καὶ τῶν τοιούτων, τὸ βρυχᾶσθαι λέγουσι. quae ex *Polluce* V. 88. sunt derivata.

ἐπὶ ἁμαξῶν τετριγέναι. ἐπὶ ὄφεων συρίττειν. ἐπὶ ἀετῶν
229 καγκλάζειν [3]. ἐπὶ ἀλεκτρυόνων ᾄδειν. ἐπὶ κοράκων κρώζειν. ἐπὶ τεττίγων τερετίζειν, ἠχεῖν. ἐπὶ χοίρων γρυλλίζειν καὶ γρύζειν [4]. ἐπὶ περδίκων κακκαβάζειν [5]. ἐπὶ γλαυκῶν κακιβάζειν [6]. ἐπὶ ὀρνίθων τῶν κατ' οἶκον ᾠοτοκουσῶν κακάζειν. ὠρυγὴ κυρίως ἡ τῶν κυνῶν φωνὴ, καὶ ὠρύεσθαι, ὡς λύκος ὠρυοίμην παρὰ Καλλιμάχῳ· ὠρύεσθαι γὰρ ἐπὶ λύκων εἶπεν.

ΕΤΕΡΩΣ ΠΕΡΙ ΦΩΝΩΝ ΖΩΩΝ.

Ἄνθρωπος βοᾷ, λαλεῖ, λέγει, κράζει, φθέγγεται.
Ἄρκος καὶ πάρδαλις ὁμάζει.
Ἀλεκτρυὼν ᾄδει, κοκκύζει [7].
230 Ἀετὸς καὶ γέρανος καγκλάζει.

3 *Καγκλάζειν*] *Aldus* edidit: *ἐπὶ ἀετῶν κλαγκάζειν.* Non invitus scriberem *ἐπὶ ἀετῶν κλάζειν, κλαγγάζειν.* Confer cum *Poll.* V. 89. alterum tractatum, quem eadem ratione corriges. In Latino carmine de vocibus avium: *clangunt aquilae. κλαγγάζουσι.* Apud *Sophocl.* vero Antig. *ὀξέα κλάζων αἰετὸς* v. 111.

4 *Γρυλλίζειν καὶ γρύζειν.*] Glossae: *Grunniunt, Ῥήσσουσιν.* ubi bene *Vulc. γρύζουσιν* restituit. Alterius vocis scriptura per unum λ melior censetur ab Atticistis. atque ea etiam ratione scribit *Moschopulus* l. c. *Γρυλίζειν, ἐπὶ χοίρου.* In *Aldina Διαφορᾷ φωνῆς· ἐπὶ χοίρων γρυλίζειν καὶ γρύζειν. Hesychius: Κοΐζειν, τὰ χοιρίδια μιμητικῶς λέγεται.*

5 *Κακκαβάζειν*] Corrupte vulgarat *Aldus: ἐπὶ περδίκων κοκκυβάζειν.* Genuina, ut puto, scriptura est *κακκαβάζειν* sive *κακκαβίζειν*, quarum haec apud *Poll.* v. 89. et *Athen.* IX. p. 390. A. *Κακκαβάζειν* commendat Latinum *cacabare. Auctor* Veteris Poëmatii: *Cacabat hinc perdix. Hesychius: Κακκάβα, πέρδιξ. Athen.* IX. p. 387. F. *καλοῦνται δὲ οἱ πέρδικες ὑπ' ἐνίων κακκάβαι, ὡς καὶ ὑπ' Ἀλκμᾶνος.*

6 *Κακιβάζειν*] *Ald.* Ed. *κακκιβάζειν.* Apud *Aristoph.* in Lysistr. v. 762. *ὑπὸ γλαυκῶν γε τάλαιν' ἀπόλλυμαι Ταῖς ἀγρυπνίαισι κακκαβιζουσῶν ἀεί. Noctuis κικκαβάζειν* videtur tribuendum. Vide *G. I. Voss.* de Theol. Gent. L. III. c. 88.

7 *Ἄδει, κοκκύζει.*] MS. *κοκύζει. Schol. Aristoph.* ad Vesp. v. 813. *κυρίως τὸ ᾄδειν ἐπὶ τοῦ ἀλεκτρυόνος· κοκκύζειν δὲ ἐπὶ τοῦ κόκκυγος.* pari ratione bina discernit *Pollux, Hyperidem* tamen et *Demosthenem ἐπ' ἀλεκτρυόνων τὸ κοκκύζειν* usurpasse observans. In *Theocr.* Idyll. VII. v. 125. occurrit *ἀλέκτωρ κοκκύσδων: Alciphron* in epistola inedita: *μισῶ τὸν ἐκ τῶν γειτόνων ἀλεκτρυόνα. κοκκύσας ἀφείλετο τὴν παροιμίαν, ἔδει ἀπολαῦσαί σε.* Gallo cantu victoriam indicanti *τὸ ᾄδειν* adscribit *Demosth.* contra Conon. p. 728. C. *ᾖδε γὰρ τοὺς ἀλεκτρυόνας μιμούμενος τοὺς νενικηκότας. Hesychius: Ἄδειν, ἐπὶ τῶν ἀλεκτρυόνων λέγουσιν Ἀττικοί· κοκκύζειν δὲ οὔ φασιν ἐπ' αὐτῶν, πλὴν μωκώμενοι τινὰ ξένον.*

Αἲξ ἢ αἶγα [8] *μηκᾶται.*
Ἀηδὼν τερετίζει [9].
Ἅμαξα τέτριγεν.
Βοῦς μυκᾶται.
Γλαῦκος [10] *καὶ πέρδιξ κακαβάζει.*
Δράκων καὶ ὄφις συρίττει.
Ἱέραξ κρίζει [11].
Ἵππος χρεμετίζει.
Κίχλα κιχλάζει [12].
Κορώνη καὶ Κόραξ κρώζει.
Κύκνος ᾄδει.
Κύων ὑλακτεῖ, βαβίζει [13].
Κώνωψ σφικᾷ.
Μέλιττα βομβεῖ.

Κάμηλος μωκᾶται.
Κόσσυφος πιπίζει [14].
Λέων βρυχᾶται.
Λύκος ὠρύεται.
Νυκτερὶς τρίζει.
Πρόβατον βληχᾶται.
Ὄνος βρωμᾶται, τινὲς λέγουσιν ὀγκᾶται.
Περιστερὰ λαρύνει.
Τέττιξ ἠχεῖ, τερετίζει. 231
Ποταμὸς καὶ ἄνεμος ψοφεῖ.
Χοῖρος γρυλλίζει.
Χελιδὼν τετιβίζει [15].
Ὄρνις δὲ ἡ κατ' οἶκον ὠοτοκοῦσα κακάζει [16].

8 *Αἶγα*] Vocis forma profecto eſt inſolentior; a qua tamen *Hyginus* non abhorruit Fab. 87. et Poët. Aſtron. II. 13. *Nonnulli etiam Aegam Solis filiam dixerunt.* cum in *Eratoſthen.* Cataſter. c. 13. legatur: *τὴν δὲ αἶγα εἶναι ἡλίου θυγατέρα.* Sed iſtic loci corrigendus eſt ad hanc rationem ex *Hygino Eratoſthenes: Τινὲς δὲ Αἶγαν εἶναι Ἡλίου θυγ.* id verum eſſe, utrumque locum diligenter contendenti facile patefiet.

9 *Ἀηδὼν τερετίζει*] Vulgo de *hirundine* aut *cicada* poni ſolet *τὸ τερετίζειν.* Infra: *Τέττιξ ἠχεῖ, τερετίζει.* et *Pollux* V. 89. *Heſych. Τερετίζοντα, λαλοῦντα, ἐκ μεταφορᾶς τῆς χελιδόνος.* *Etymologus* in *Τερετίζειν· —— ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ τέττιγος ἢ τῆς χελιδόνος.*

10 *Γλαῦκος*] Poſitum pro *γλαύξ.* ut antea *αἶγα* pro *αἴξ.*

11 *Κρίζει*] *Poll.* V. 89. *ἱέρακας δὲ ῥύζειν·* ubi forſan legendum *κρίζειν.*

12 *Κιχλάζει*] *Aldina φωνῆς Διαφορά· ἐπὶ κίχλης κιχλίζειν.*

13 *Βαβίζει*] Quinimo *βαΐζει.* *Moſchopulus* in Ecloga: *Ὑλακτεῖ κύων. Βαΰζει σκύλαξ.* et *περὶ συντάξεως* p. 223. *Ὑλακτεῖν ἐπὶ κυνὸς, Βαΰζειν ἐπὶ τῶν σκυλακίων.* Apud *Theocr.* Idyll. VI. v. 10. *κύων —— βαΰσδει.* et *Lucian.* de merc. cond. p. 474. *κυνίδιον —— βαΰζον λεπτῇ τῇ φωνῇ.* Pulcrum uſum verbi *βαΰζειν* illinc derivatum tangit *Stanlei.* ad *Aeſch.* Perſ. v. 13. Parem *latrandi* poteſtatem, a Latinis frequentatam, *Barthius* expoſuit ad *Stat.* T. II. p. 187, 188.

14 *Πιπίζει*] Id variis avibus fuit commune. *Heſychius: Πιπίζειν, κατὰ μίμησιν ἡ λέξις πεποίηται τῆς τῶν ὀρνέων φωνῆς.* Onomaſt. Vetus: *Piparo, πιπίζειν.* Lesbiae paſſer *ad ſolam dominam usque pipiabat.*

15 *Τετιβίζει*] Emendatius ſcribes: *τιτυβίζει.* *Heſych. Τιτυβίζει, ὡς χελιδὼν φωνεῖ.* Apud *Athen.* IX. p. 390. B. *πέρδικες* etiam *τιττυβίζουσιν.* *Hirundo ψιθυρίζει,* teſte *Poll.* V. 90. In *Agathiae* epigrammate Anthol. I. c. LVI. ep. 11. —— *ἐπιτρύζει δὲ χελιδών.* *triſſat hirundo vaga.*

16 *Κακάζει*] Ita MS. neque aliter poſui in altero tractatu, ubi MS. perperam *κακλάζειν.* *Heſychius: Κακκάζειν, τὰς ὄρνις τὰς πρὸς τὸ τίκτειν φθεγγομένας Ἀττικοί.*

232 Quum vero canum voces apud alios varie exprimi soleant, praetermittendum non puto, quod ab *Ammonio* traditur: Ἀραρίζειν δὲ ἐπὶ κυνῶν, παρ' Ἀθηναίοις, ἀπὸ τῆς ἂρ φωνῆς, παρ' ἡμῖν δ' ὑλακτεῖν λέγεται. Quae *Ammonii* verba, a *Phavorino* descripta, usurparunt *Bochartus* Hieroz. P. I. L. II. c. LV. *Casaubonus* d. l. p. 57. et in Thesauri Gr. Indice *H. Stephanus*. Cur autem *Ammonium* reprehenderet *Stephanus*, nihil erat causae: id significare voluit Grammaticus, sonum, quem *irritata canis* emittit, vulgo generali verbo ὑλακτεῖν, Athenis proprio vocabulo ἀραρίζειν fuisse designatum. Pro ἀραρίζειν, vocem non minus rabiosae cani congruam, ἀῤῥάζειν posuit *Aelianus* de Nat. Anim. V. c. LI. καί τισι μὲν ὠρυγμὸς, τισὶ δὲ ὑλαγμὸς φίλον καὶ ἀῤῥάζειν, ἄλλῳ κλαγγαί τε καὶ ῥοῖζοι. commoda interpunctione locum adjuvandum censui, ne ὑλαγμὸς et ἀῤῥάζειν diversis animalibus tribui viderentur. Apud *Poll.* V. 86. ἀράζειν. sed Latinorum *hirrire* caninae literae duplicationem manifesto postulat. *Nonius Marcellus* p. 31. *Irritare proprie est dictum provocare; tractum a canibus, qui cum provocantur irriunt.* sive *hirriunt*. Iis, quae notat *Scaliger* Coniect. in *Varr.* p. 119. adiiciam bina loca e *Cyrilli* Glossario: Ὅταν κύων ἀπειλῇ ὑλακτῶν, *Hirrit.* et: Κυνὸς ἀπειλὴ, ὅτε ὑλακτεῖ, *Hirritus.* ita enim corrigendum est pro *Hirric*, sive, quod e scripto libro Sangerman. adfertur, *Hirrit.*

233 ## CAPUT XIX.

Turbatissimus Ammonii locus. Οἱ Χόες festum Athenis. Aristophanem frustra a Stephano tentari. Χοεὺς et Χοὴ certa vini mensura. Amm. emendatur. Χρηστήριον non quaevis victima, sed τῶν χρηστηριαζομένων. Pindarus illustratur. Varia eruitur e Soph. Schol. lectio.

Χόας συνεσταλμένως τὴν ἑορτήν. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν, Ἀκούετε λεῴ· κατὰ τὰ πάτρια τὴς χόας. Χοᾶς δὲ περισπωμένως, ἐπὶ μέτρου τοῦ οἴνου.] Quae prima specie

nihil adeo continere videntur, quod quemquam possit morari, diligentius considerata nodum proponunt satis etiam intricatum. Quid enim? fueritne Athenis festus dies *Χόα* cognominatus? eum enim in finem adduci videntur *Aristophanis* verba: *κατὰ τὰ πάτρια τῆς χόας*. iisque inductus, qui vocabula acc. distincta collegit, hanc notam posuit: *Χόα, τῆς χόας, festum quoddam. Χοά, τῆς χοᾶς, ἡ, genus mensurae.* Verum, sicuti constat, hominem aperte mendosa huic indici inseruisse, ita non minus est exploratissimum, cum aliunde, tum inprimis ex *Meursii* Gr. Fer. in v. *Ἀνθεστήρια*, isti festo, quo paulo liberius genio indulgebant Athenienses, nomen fuisse *οἱ Χόες*. Ea res *Henr. Stephanum* permovit, ut in illo, quem dixi, *Aristophanis* loco ex Acharn. v. 999. ubi apud *Amm.* legitur *τῆς χόας*, vulgo autem *τὰς χοάς*, scribendum esse censuerit *τοὺς χόας*. Ipsa *Stephani* verba, quibus hanc suam coniecturam exposuit, ex Thes. Ling. Gr. T. IV. p. 481. D. huc transferam: 234
„*Sed notandum est, in Aristophanis illo loco vulg. edit. perperam habere τὰς χοὰς pro τοὺς χόας, itidemque vulgata Suidae exemplaria,* (in v. *Ἀσκὸς Κτησιφῶντος*) *at non item manuscriptum. recte enim illud, τοὺς χόας, ut ipsa ratio postulat. nec enim χοαὶ festum id nominatur, et mensura certa vini, quae in eo bibebatur, sed χόες.* postrema dubiam scribentis mentem produnt, festum et mensuram vini temere confundentis; quo tamen animus videtur inclinasse, id ab *Aristophanis* loco est alienissimum. Praeconis, populum ad certaminis praemium auferendum cohortantis, verba sunt, quae ex *Aristoph.* subiiciam.

Ἀκούετε λεῴς· κατὰ τὰ πάτρια τὰς χοὰς
Πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος, ὃς δ' ἂν ἐκπίῃ
Πρώτιστος, ἀσκὸν Κτησιφῶντος λήψεται.

neque enim, si festum intelligeretur, iuberi possent *τοὺς χόας πίνειν*. Recte vero cum aliis locum cepit *Frischlinus: congios more patrio ebibite. Suidas: Χοάς. ὅτε ἐπὶ μέτρου τίθεται, περισπᾶται.* Neque alteram scribendi rationem damnat *Schol. Aristoph.* ad Nub. 1240. *τὸ χοᾶς, εἰ μὲν περισπᾶται, ἐκ τοῦ χοεὺς ἐστι· —— εἰ δὲ βαρύνεται, ἐξ ἑτέρας ἐστὶν εὐθείας, ἥτις ἐστὶν ἡ χοὴ θηλυκῶς καὶ κλίνε-*

ται τῆς χοῆς. *Ammonii* autem notam, in quam itide τοὺς χόας inferri volebat *Stephanus*, ad hunc modum reficiendam esse arbitror: Χόας συνεσταλμένως, τὴν ἑορτήν. Χοᾶς δὲ περισπωμένως, ἐπὶ μέτρων οἴνου. Ἀκούετε λεώς κατὰ τὰ πάτρια τὰς χοᾶς Πίνειν ὑπὸ τῆς σάλπιγγος.
235 Neque est quod quis apud *Ammon.* saltim mavelit τοὺς χοᾶς. Vocem χοεὺς οὐ μόνον ἀρσενικῶς ἀλλὰ καὶ θηλυκῶς usurpari, vel ex *Phavorino* constat.

Χρηστήριον, ὁ τόπος, καὶ ὁ χρησμὸς, καὶ τὸ ἱερόν.] Credibile *Ammonium* scripsisse τὸ ἱερεῖον· nimirum ᾧ χρῶνται χρηστηριαζόμενοι, sicuti supra scribit in v. Ἱερεῖον· ubi eam potestatem *Herodoti* testimonio firmat; eundem usum novit *Hesychius*, χρηστήρια inter alia exponens ἱερεῖα· amplector enim *Sopingii* emendationem, χρηστήρια corrigentis, ubi vulgo legitur Χρυσατήρια, τὰ χωρία, εἰς ἃ φοιτῶντες ἐλάμβανον. (adde: μαντείας.) ἱερεῖα, καὶ χρησμούς. qui locus cum *Ammoniano* quam curatissime concinit. Per χρηστήριον nonnunquam τὸ ἱερεῖον denotari, protritum non est et vulgo minus animadversum. Hinc in *Pindari* Olymp. Od. VI. v. 120.

Ζηνὸς ἐπ' ἀκροτάτῳ βωμῷ τότ' αὖ
Χρηστήριον θέσθαι κέλευσεν.

vertunt: *Iovis in suprema ara tunc oraculum collocare iussit.* *Schmidius* χρηστήριον reddidit *oraculi sedem.* Ego vero *victimam* malo, et χρηστήριον θέσθαι pari ratione hic positum autumo, qua in sequenti Ode, v. 76. θυσίαν θέσθαι· nisi quod priori in loco *victima* designetur, qua vaticinandi artis, sibi ab Apolline concessae, auspicia caperet Iamus. Sensum loci mirifice conturbant veteres, e quibus unus μαντεῖον fuisse scribit, οὗ ἀρχηγὸς λέγουσιν Ἴαμος, τῇ διὰ τῶν ἐμπύρων μαντείᾳ. quam scilicet μαντείαν capiebant ex igne victimae sive τοῦ ἱερείου, ᾧ ἐχρῶντο οἱ χρηστηριαζόμενοι. Triplicem usum *Schol.* etiam *Sophoclis* adnotavit: δηλοῖ δὲ ἡ λέξις καὶ τὸ μαντεῖον, καὶ τὸν χρησμὸν,
236 καὶ τὸ ἱερεῖον· ad Aiac. v. 220. quo in loco χρηστήρια exponit ἃ διεχρήσατο ἐκεῖνος. —— ἢ τὰ διεφθαρμένα ποίμνια, παρὰ τὸ διαχρήσασθαι αὐτά. Quae interpretatio,

quantumvis abſona, tamen traxit *Henr. Stephanum*, qui neſcius, quo *Sophoclis* locum referret, tandem ad verbum *Διαχρῶμαι* retulit T. IV. p. 616. *χρηστήρια* cum *Schol.* dici arbitratus pro *διαχρηστήρια*. Altera vetuſtioris, ut puto, *Scholiaſtae* explicatio, *τὰ τολμήματα, καὶ πράξεις*, a *Stephano* non intellecta, nobis veram corruptae vocis ſcripturam ſubminiſtravit. *Sophoclis* locum, prouti vulgatur, proponam:

> *Τοιαῦτ᾽ ἂν ἴδοις σκηνῆς ἔνδον*
> *Χειροδάϊκτα σφάγι᾽ αἱμοβαφῆ*
> *Κείνου χρηστήρια τἀνδρός.*

Quamvis autem *σφάγια* et *χρηστήρια* alibi eleganter iungi poſſint; non video, qua demum ratione hic vocabulum *χρηστήρια* locum reperire queat; itaque corrigendum puto:

> *Κείνου δραστήρια τἀνδρός.*

Scholia, quorum alterum ad genuinam, alterum ad vulgatam lectionem pertinuerit, ita ſeparanda eſſe iudico: *Δραστήρια] τὰ τολμήματα καὶ πράξεις. Κείνου χρηστήρια] ἃ διεχρήσατο ἐκεῖνος. ἢ τὰ διεφθαρμένα ποίμνια παρὰ τὸ διαχρήσασθαι αὐτά.* *Suidas* univerſa etiam receptae lectioni adſcripſit. Huic autem coniecturae parum fiderem, ſi non *Ioanni Iacobo Schultenſio*, magno parente digniſſimo, eadem incidiſſet.

CAPUT XX. 237

Obſervationes quaedam ſuper Homero et ſpecimen Scholiorum ad Hom. ex Leidenſi Codice ineditorum.

Ψάμαθος καὶ Ἄμαθος διαφέρει.] Quibus diverſam harum vocum poteſtatem adſerat, *Homeri* loca producit Noſter, et in Iliade *E.* v. 587. ubi vulgo editur: *τύχε γὰρ ψαμάθοιο βαθείης*, *Ammonius* legit: *τύχε γάρ ῥ᾽ ἀμάθοιο βαθείης.* quae ſcriptura ab aliis etiam Grammaticis probata quin genuina ſit, dubitari non poteſt. Oppido autem paucos eſſe opinor, quibus non ſit perſpectum, quanta fuerit olim in *Homero* ſcripturae ex diverſis Criti-

corum ſectis orta differitas. Qua de re quominus rite iudicari poſſit, veterum Grammaticorum facit penuria: ex centenis, qui data opera *Homero* illuſtrando incubuerant, ne unum quidem reliquum habemus, ſi diſcedas a *Porphyrio,* cuius commentarium ſanequam luculentum *Voſſianus* Codex MS. adſervat. Veteres autem commentatores divina carminis nobilitas non deterruit, quin pro ſua quisque ſapientia receptam lectionem leves ſaepe ob rationes ſollicitarent, et pro libidine corrigerent. Cuius rei exempla paſſim apud *Euſtathium,* et in Scholiis minoribus proſtant, longe autem plurima in ſcholiis libri *Voſſiani* ineditis. Deinde, cum *Homeri* loca in omnibus fere veterum libris occurrant, ingens hinc conferri potuiſſet variantium lectio-
238 num ſeges, ſi in his locis ad *Homerum* comparandis, quod partim a *Barneſio* fuit praeſtitum, eruditi homines mutuam diligentiam collocaſſent, et primi librorum editores *Homericorum* verſuum lectionem, quam in membranis repererant, bona ſemper fide nobis repraeſentaſſent. Haec ſi pluribus exſequi vellem, unus *Ammonius* quantum ſatis fuerit exemplorum ſubminiſtraret. Frequenter genuinam *Ammonii* ſcripturam, quam dederat *Aldus,* temere ad vulgatae in *Hom.* lectionis normam mutavit *H. Stephanus;* quae in notis paſſim ſuper hac re notavi, hic nolo reponere. Unus eſt locus, qui me nonnihil adhuc dubium trahit; rectene nimirum *Stephanus* ad v. Ἐρωτᾷν in *Hom.* verſu poſuerit ἐν Κρήτῃ εὐρείῃ, prouti vulgatur in Od. *N.* v. 256. reiecta lectione *Aldina* ἐν Τροίῃ εὐρείῃ· num vero poſterior ſincera ſit et in *Homero* reponenda; tametſi iſtic loci ſe Creta profugum doloſe ſimulet Ulyſſes, non negat tamen, praedam ſeſe in bello Troiano adquiſiviſſe; atque adeo nihil obſtat, quominus ab *Ammonio* legi potuerit:

Πυνθανόμην Ἰθάκης γε καὶ ἐν Τροίῃ εὐρείῃ
Τηλοῦ ὑπὲρ πόντου.

Aliud, quod *Amm.* in v. Μετρεῖσθαι ſuppeditat, variationis exemplum eo potiſſimum adnotabo, ut *Ammonii* ſimul notam integriorem exhibeam; hac enim ratione, ut autumo, ea eſt legenda: *Μετρεῖσθαι μὲν γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ μέτρῳ λαμβάνειν πυρὸν, ἤ τι τοιοῦτον ἐν δάνει.* ——

οὐχὶ ἀργύριον ἢ χρυσίον. (οὐδ' ἔτι γὰρ ἦν νομίσματα.) "Ἱστασθαι δέ. In *Homeri* qui subiicitur versu, ex Il. *N.* v. 745. *Ammonius* posuerat ἀποστήσωνται, eamque etiam 239 lectionem Grammaticorum auctoritate in textum reduxit *Barnesius*, remota priorum Edd. lectione ἀποτίσωνται. Vel hinc Codicis *Leidensis* bonitatem aestimare licet, qui eo in versu habet ἀποστήσονται. et in margine, praeter editum scholion, sequentia: ἐν γὰρ τῇ κολοβομαχίᾳ ἠτύχησαν οἱ Τρῶες. θεραπεύει δὲ τὸν Ἕκτορα λεληθόσιν ἐπαίνοις, ὑπομιμνήσκων αὐτὸν τῶν χθὲς κατορθωμάτων. Quae in notis et in Animadv. ex Iliadis *Homeri* Codice *Vossiano* produxi, non dubito, quin apud idoneos harum rerum iudices aliquid etiam pretii huic libro conciliaverint. Eundem librum in Anglia publicitus agens *Ez. Spanhemius* apud *Is. Vossium* versavit, et nonnulla scholia indidem excerpta tum alibi tum in Observat. ad *Callimach.* exhibuit, sed pleraque omnia levioris momenti. Quandoquidem autem e re literaria esse arbitror, ut is Codex suo merito magni fiat, non verbis sed re ipsa eum commendabilem reddam, et speciminis gratia e singulis *Homeri* libris, qui quidem in eo Codice integri extant, unum scholion producam: primum, ut ea ratione omnibus fiat de libri utilitate iudicandi potestas; deinde, ut meam in literarum commodis adiuvandis et promovendis voluntatem probem; tum vel inprimis, ut eruditos homines, si quos forte inportuna audacia, qua veterum scriptorum loca subinde temere contrectavi, offenderim, tandem tamen mihi conciliem. In scholiis autem, quae subiiciam, leviores mendas ex prava pronuntiatione ortas tollam, reliquas aliis emaculandas trado.

240 # SCHOLIA AD HOMERUM
INEDITA
EX CODICE VOSSIANO.

[Ad Il. *A*. v. 338, 339, 340.]

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

Οἱ Πυθαγόρειοι κατὰ θεὸν, κατὰ τὸ ἀνθρώπειον γένος, ὅλον τρίτον ἐτίθεντο σεβάσμιον, τὸν βασιλέα· ἢ σοφὸν ἄνδρα. Ὁμήρου δὲ πρώτου μεταξὺ θεῶν καὶ ἀνθρώπων θέντος τὸν βασιλέα, καὶ πάλιν τὸν βασιλέα προτιμῶντα ποιήσαντος αὐτοῦ τὸν σοφὸν ἄνδρα, περὶ μὲν γὰρ τοῦ βασιλέως τοιαῦτα λέγει,

> τὼ δ᾽ αὐτὼ μάρτυροι ἔστων
> Πρός τε θεῶν μακάρων, πρός τε θνητῶν ἀνθρώπων
> Καὶ πρὸς τοῦ βασιλῆος,

προσέθηκε δὲ διὰ τὴν ὀργὴν τὸ ἀπηνέος. αὐτὸς δὲ ὁ βασιλεὺς οὐ μεταπέμπεται Νέστορα, σκοπούμενος περὶ τῶν συμφερόντων. καὶ αὐτὸς ἄπεισιν,

> Ἥδε δὲ οἱ κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλὴ,
> Νέστορ᾽ ἐπὶ πρῶτον Νηλήϊον ἐλθέμεν ἀνδρῶν.

Παρ᾽ Ἰνδοῖς τε τοὺς Βραχμᾶνας, οὕπερ εἰσὶ παρ᾽ αὐτοῖς φιλόσοφοι, λόγος τοὺς βασιλέας ἀπαντῶντας προσκυνεῖν.

241 [Ad Il. *B*. v. 572.]

Σημείωσις τοῦ ΣΟΛΩΝΟΣ.

Σημείωσαι, ὅτι ἡ Σικυὼν πλησίον ἐστὶ Κορίνθου· πόλις εὔχαρις καὶ εὔκαρπος, πρὸς πᾶσαν ἀνάπαυσιν ἐπιτηδεία. διὸ καὶ παροιμία ἐστὶν, εἴη μοι μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. καὶ Κορινθιάζειν, τὸ καλλωπίζεσθαι.

[Ad Il. *Γ*. v. 230.]

Τῷ κάλλει. Τὸ δὲ Κρήτεσσι προσέθηκεν, ὅπως φανῇ μὴ δελεασθεῖσα, ἢ τοῖς τρόποις αὐτὸν ἐχαρακτήρισεν, ὡς εἰδὼς τῇ συνεχεῖ ξενείᾳ. καὶ ὁ μὲν Νικάνωρ ἄμφω ὀξύνει, ὡς διαζευκτικούς· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς τὸν δεύτερον περισπᾷ, ὡς διαπορητικοὺς ἄμφω δεχόμενος.

[Ad. Il. *Δ*. v. 400.]

Ἀγορῇ δέ τ' ἀμείνω. Οὐ γὰρ μετεῖχε λόγου Τυδεύς. Ἀντίμαχος δέ φησι, ὅτι παρὰ συφορβοῖς ἐτράφη. καὶ Εὐριπίδης,

Οὐδ' ἐν λόγοις ἦν δεινός, ἀλλ' ἐν ἀσπίδι.

πιθανῶς δὲ προφυλαξάμενος ἀγορητὴν αὐτόν φησιν, ἵνα πρὸς τὴν ἀπολογίαν ὀκνήσῃ· διὸ οὐδὲν προσφθέγγεται ὁ Διομήδης.

[Ad Il. *E*. v. 656.]

Ὁ μὲν Ἀρίσταοχος τὸ ἁμαρτῆ χωρὶς τοῦ ι γράφει, καὶ ὀξύνει. Οἱ δὲ περὶ Ἡρωδιανὸν περισπῶσι, καὶ προσγράφουσι· παρὰ τὸ ἅμα καὶ τὸ ἀρτῶ περισπώμενον. οὕτω δε αὐτὸ καὶ ἡ συνήθεια δέχεται, καὶ τοῦτο ἐπεκράτησεν.

[Ad Il. *Z*. v. 164. et 165.] 242

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

Οὐ γάρ, ὥς τινες ἐξεδέξαντο, τεθνήξῃ ἀναιρεθεὶς ὑπὸ τοῦ ἐπιβούλου, εἰ μὴ φθάσας σὺ τοῦτον ἀποκτείνῃς. ἔστι δ' ἠθικὴ ἡ φράσις, λέγουσα ὅτι καλόν σοὶ ἀποθανεῖν, Προῖτε, εἰ μὴ τιμωρήσαις τὸν ὑβρίσαντά σε διὰ τὸ θελῆσαί μοι μιγῆναι οὐκ ἐθελούσῃ· ἀποθάνοις, ὦ Προῖτε, εἰ μή με ἐκδικήσειας, κατὰ ἀρὰν λεγούσης. συντόμως δὲ τὰ ἀρχαῖα δεδήλωκε, μιγῆναι οὐκ ἐθελούσῃ. ἀλλ' οὐχ ὥσπερ Ἡσίοδος τὰ περὶ τοῦ Πηλέως καὶ τῆς Ἀκάστου γυναικὸς διὰ μικρὸν ἐπεξελθών. Τρεῖς δὲ οὗτοι τρόποι μίξεως. ἢ γὰρ βούλεταί τις μὴ βουλομένης τῆς γυναικός, ὡς ἡ Ἄντεια τὸν Βελλεροφόντην διέβαλε· ἢ μὴ βουλόμενος βουλομένῃ σύνεστιν, ὥσπερ Ὀδυσσεὺς παρ' ἐθελούσῃ τῇ Καλυψοῖ· ἢ βουλομένῃ βουλόμενος, ὥσπερ Αἴγισθος τῇ Κλυταιμνήστρᾳ· καὶ γὰρ ἐθέλων ἐθέλουσαν ἀνήγαγεν ὅνδε δόμονδε. τέταρτος γὰρ τρόπος οὐκ ἔνεστιν, οὐδὲ γὰρ ἄκων ἀκούσῃ σύνεστιν.

[Ad Il. *H*. v. 187.]

Οὐχ οἱ αὐτοὶ γὰρ ἦσαν παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι χαρακτῆρες, διάφορα δὲ καὶ τὰ τῶν στοιχείων ὀνόματα. Καλλίστρατος δὲ ὁ Σάμιος ἐπὶ τῶν Πελοποννησιακῶν ταύτην μετήνεγκε τὴν γραμματικήν, καὶ παρέδωκεν Ἀθηναίοις, ὥς φησιν Ἔφορος.

[Ad Il. *Θ*. v. 524. et 525.]

Μῦθος ὃς μὲν δὴ † * Οὗτος μὲν δὴ ὁ λόγος, ὁ μὲν νῦν μῦθος. ὑποτακτικὸν ἄρθρον ἀντὶ προτακτικοῦ. ὁ δὲ νῦν ἐστι

τοιοῦτος· περὶ μὲν τῶν νῦν καὶ σήμερον συντετέλεσταί μοι ὁ
243 λόγος, καὶ οὐδὲν παραλέλειπται· περὶ δὲ τῶν εἰς αὔριον ὑπὸ
τὴν ἕω μηνύσω. ἢ ὑπισχνούμενος λόγον εἶπεν οὐδαμοῦ. διὸ
καὶ ἀθετοῦνται οὗτοι οἱ β στίχοι, νόθοι ὄντες τοῦ ποιητοῦ,
καὶ ἀστερίσκοι καὶ ὀβελίσκοι περιφέρονται.

[Ad Il. *I.* verſ. forſan 308.]

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

Κέχρηται τῷ τρόπῳ καὶ ἐπὶ φωνῆς, καὶ ἐπὶ μελῶν ἐξαλλαγῆς, καὶ ὡς ἐπὶ τῆς ἀηδόνος· ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει μελιηδέα γῆρυν, ἀοιδήν. εἰ δὲ οἱ σοφοὶ δεινοί εἰσι διαλέγεσθαι καὶ ἐπίστανται τὸ αὐτὸ νόημα κατὰ πολλοὺς τρόπους λέγειν, ἐπιστάμενοι δὲ πολλοὺς τρόπους λόγων, περὶ τοῦ αὐτοῦ πολλοὶ τρόποι ἂν εἶεν, εἰ δὲ σοφοὶ καὶ ἀγαθοί εἰσιν. διὰ τοῦτό φησι τὸν Ὀδυσσέα Ὅμηρος σοφὸν ὄντα πολύτροπον εἶναι, ὅτι δὴ τοῖς ἀνθρώποις ἠπίστατο πολλοῖς τρόποις συνεῖναι. οὕτω καὶ Πυθαγόρας λέγεται πρὸς παῖδας ἀξιωθεὶς ποιήσασθαι λόγους, διαθεῖναι πρὸς αὐτοὺς λόγους παιδικούς· καὶ πρὸς γυναῖκας, γυναιξὶν ἁρμοδίους· καὶ πρὸς τοὺς ἄρχοντας, ἀρχοντικούς· καὶ πρὸς ἐφήβους, ἐφηβικούς. τὸν γὰρ ἑκάστοις πρόσφορον τρόπον τῆς σοφίας ἐξευρίσκειν· ἀμαθίας δὲ εἶναι τὸ πρὸς τοὺς ἀνομοίους ἐντυγχάνοντα τοῦ λόγου τὸ μονότροπον.

[Ad Il. *K.* v. 56.]

Τέλος, τὸ τάγμα. Σημαίνει δὲ πλείονα ἡ λέξις· ποτὲ μὲν τὸ τάγμα, ὡς ἐνθάδε· ποτὲ δὲ τὸ τοῦ συμπεπληρωμένου πράγματος ἢ ἔργου τέλος· ποτὲ δὲ τὴν ἐκ τῶν ἐπεισαγομένων ὠνίων φοιτῶσαν ταῖς πόλεσι πρόσοδον· ποτὲ δὲ τὰς ἀρχὰς
44 καὶ τὰ ἀξιώματα, ὡς ἔστιν εὑρεῖν παρὰ Θουκυδίδῃ καὶ Ξενοφῶντι· ποτὲ δὲ τὸ δαπάνημα, ὡς Εὐριπίδης ἐν Πολυείδῳ,

Μάτην γὰρ οἴκῳ σὸν τόδ' ἐκκαίει τέλος.

καὶ Δημοσθένης ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς. Χεῤῥόνησον δὲ ἐν τοῖς αὐτοῦ τέλεσι διορύξει. ποτὲ δὲ τὴν ἑορτὴν, ὡς Εὐριπίδης ἐν Μηδείᾳ,

Σεμνὴν ἑορτὴν καὶ τέλος προσάψομαι.

[Ad Il. *Λ.* v. 636.]

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

Νέστωρ δ' ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρεν. Διατί πεποίηκε μόνον τὸν

Νέστορα αἴροντα τὸ ἔκπωμα; οὐ γὰρ εἰκὸς ῥᾷον αἴρειν νεώτερον. καὶ Στησίμβροτος μὲν οὖν φησι, ἵνα δοκῇ εἰκότως πολλὰ ἔτη βεβιωκέναι· εἰ γὰρ παράνομος ἡ ἰσχὺς καὶ οὐκ ὑπὸ γήρως μεμάρανται, καὶ τὰ τῆς ζωῆς εὔλογον εἶναι παραπλήσια. Ἀντισθένης δὲ, οὐ περὶ τῆς κατὰ χεῖρα βαρύτητος λέγει, ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐμεθύσκετο σημαίνει, ἀλλ' ἔφερε ῥᾳδίως τὸν οἶνον. Γλαῦκος δὲ, ὅτι κατὰ διάμετρον ἐλάμβανε τὰ ὦτα, ἐκ μέσου δὲ πανεύφορον. Ἀριστοτέλης δὲ τὸ, Νέστωρ ὁ γέρων, ἀπὸ κοινοῦ ἔφη δεῖν ἀκούειν ἐπὶ τοῦ ἄλλως· ἵν' ᾖ, ἄλλος μὲν γέρων μογέων ἀποκινήσασκε τραπέζης, Νέστωρ δ' ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρεν· πρὸς γὰρ τοὺς καθ' ἡλικίαν ὁμοίους γενέσθαι τὴν σύγκρισιν.

[Ad Il. *M.* v. 103.]

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

Πολλάκις ἀπὸ διαφόρων κλίσεων συνέμπτωσις γενομένη πλανᾷ τοὺς πολλοὺς, ὡς ἑνὸς ὄντος σημαινομένου, ὥσπερ ἔχει τὸ 245
εἴσαντο. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ὑπέλαβον, καὶ τὸ ἐπορεύθησαν, καὶ ἴσος. καὶ ὅμοιος γενόμενος. ἀλλὰ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ εἴδω. τὸ δὲ ἐπορεύθη ἀπὸ τοῦ ἴω. τὸ δὲ ὡμοιώθην ἀπὸ τοῦ εἴσκω. τὸ μὲν οὖν δηλοῖ τὰ τοιαῦτα.

[Ad Il. N. v. 685.]

Ἄλλοι εἰσὶ παρὰ τοὺς Ἴωνας Ἰάονες. φησὶ γὰρ Ἀνδροτίων, ὅτι στήλην ἔστησαν ἐπὶ Λακεδαίμονος, διορίσαντες οὕτως· Τάδ' ἐστὶν οὐκ Ἰάονες, ἀλλὰ Πελοπόννησος. ὥστε τοὺς μὲν ἔνθεν εἶναι, τοὺς δὲ ἐκεῖθεν. Ἑλκεχίτωνες δὲ, οἱ ἐν τοῖς χιτῶσι τῶν ἐναντίων ἕλκη ποιοῦντες· οἱ δὲ, ὅτι μέχρι τῆς Περικλέους στρατηγίας ποδήρεις εἶχον χιτῶνας.

[Ad Il. Ξ. v. 214. 215. 216.]

ἱμάντα
Ποικίλον· ἔνθα δέ οἱ θελκτήρια πάντα τέτυκτο·
Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστύς.

Ἀποροῦσι, διατί ἐρωτικὰ καὶ ἐν ἱμάντι φησὶν ὁ Ὅμηρος κατεστίχθαι,

Ἔνθ' ἔνι μὲν φιλότης, ἐν δ' ἵμερος, ἐν δ' ὀαριστύς.

Σάτυρος μὲν οὖν, ἐπεὶ πληγῶν ἄξια δρῶσιν οἱ ἐρῶντες. Ἀπίων δὲ, ἐπειδὴ δεσμοῖς δίκασαν καὶ βρόχοις οἱ ἔρωτες,

καὶ τὰ τῶν ἐρώντων πάθη. Ἀρίσταρχος δὲ, ὅτι ἄχρι τοῦ δέρματος διϊκνεῖται τὰ ἐρωτικὰ πάθη, τήκοντα τοὺς ἐρῶντας, καὶ ἀποξύοντα διὰ τῆς στύψεως τὰ μέλη.

[Ad Il. *O.* v. 609. et ſeqq.]

Ἀθετοῦνται ε στίχοι, διὰ τὸ λέγειν, ὅτι ὀλιγοχρόνιον ὄντα ἐτί-
μα, καὶ ὅτι ἀπ᾽ αἰθέρος· ἀπὸ γὰρ Ἴδης ἦν. καὶ διατί μαρ-
ναμένοιο νοεῖται τὸ Ἕκτορος. ἔστι δὲ τὸ γὰρ ἀντὶ τοῦ δέ· τὸ
δὲ ὄνομα ἐπανείληπται πρὸς πλείονα ἔμφασιν· εἴωθε γὰρ
246 θαυμάζων τινὰ τῶν ἔργων πολλάκις ἐπαναλαμβάνειν τὸ ὄνο-
μα. τὸ δὲ ἀπ᾽ αἰθέρος, ὅτι ὁ αἰθέριος Ζεύς· οὐ γὰρ ἀπὸ
τῆς μερικῆς αὐτὸν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς τελείας διατριβῆς ἐχαρα-
κτήρισε· καὶ ἡ πρόσληψις δέ ἐστι σχῆμα ποιητικόν· προσεκτι-
κὸν δὲ ταῦτα τὸν ἀκροατὴν καὶ περιπαθητικὸν ἐργάζονται·
καὶ ὡς συναλγοῦντος ἡ πίστις.

[Ad Il. *Π.* v. 233.]

Εἰκότως τὸν πολίτην καὶ γείτονα καὶ προπάτορα καὶ θεὸν ἐπικαλεῖται, ὡς καὶ Χρύσης τὸν Σμινθέα, καὶ τὸν Λυκογενῆ Πάνδαρος. ὁ δὲ Δωδωναῖος καὶ κάϊος· ὑδρηλὰ γὰρ τὰ ἐκεῖ χωρία. Οἱ δὲ γράφουσι Βωδωναῖε· πόλις γὰρ Θεσσαλίας ἡ Βώδων, οὗ τιμᾶται Ζεύς. Τινὲς δὲ, ἀναδωδωναῖε, ὑφ᾽ ἕν, παρὰ τὴν ἀνάδοσιν τῶν ἀγαθῶν. Δωδῶναι δὲ δύο, ἡ μὲν Θεσσαλίας, ἡ δὲ Μολοσσίας. Τινὲς δὲ δωδώνην, τὴν γῆν, παρόσον πάντα δίδωσι. Δυσχείμερον δὲ, ὅτι πάγοις καὶ κρυμοῖς ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ συνέχεται. Πελασγικὲ δὲ, ὅτι ὑπὸ Πελασγῶν ἵδρυται τὸ περὶ Δωδώνην τέμενος. Οἱ δὲ πελάσγικε· λόφον γὰρ ἐκεῖ εἶναι φασὶ λευκὸν, οὕτω καλούμενον. Οἱ δὲ πελασγικὲ, οὗ πέλας ἐστὶν ὁ ἀήρ. Τηλόθεν δὲ ναίων, ὅτι ἄποθεν ἡμῶν ὁ αἰθήρ. Ζεὺς γάρ ἐστιν ἡ τοῦ κόσμου ψυχὴ, ἀεροειδὴς οὖσα.

[Ad Il. *P.* v. 143.]

ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ.

Φυξηλίς ἐστιν ὁ φεύγων τὰς ἴλας. Δειλὸς δὲ, ὁ δεδιὼς τὰς
ἴλας. Μενεδήϊος δὲ, ὁ ὑπομένων τὴν δηϊότητα. Ἐσθλὸς
δὲ ὁ θελοντὴς μαχόμενος, οἱονεὶ ἐθελός. ὁ δὲ ἐναντίος
247 Οὐκ ἐθέλεσκε μάχην ἀπὸ τείχεος ὀρνύμεν᾽ Ἕκτωρ.
ἀντὶ τοῦ, οὐχ ὑπέμεινεν ἄποθεν τῶν τειχῶν μάχεσθαι. οὕτως
ἔχει καὶ τό,

Ἦ σ᾽ αὔτως κλέος ἐσθλὸν ἔχει φύξηλιν ἐόντα.

τοῦ δὲ φυξήλιος,

Οὐ γάρ τοι κραδίη μενεδήϊος, οὐδὲ μαχήμων.

καὶ τὸ,

Οἷον ἀναΐξας ἄφαρ οἴχεται, οὐδ᾽ ὑπέμεινεν.

οὐ μὲν γάρ τοι κακὸς εἰς ὦπα δηλοῖ. οὐχ ὑπέμεινε γνῶναι οὔτε ἡμᾶς αὐτὸν, οὔτε αὐτὸν ἡμᾶς.

[Ad Il. Σ. v. 254. 255. et ſeqq.]

Ἰστέον, ὅτι τεσσάρων ὄντων τῶν κεφαλαίων, τοῦ τε καλοῦ, συμφέροντος, δυνατοῦ καὶ ἀναγκαίου, καὶ ἑτέρων τῶν γ μόνων ἐνταῦθα παρέλαβε τὸ ὠφέλιμον. τὸ δὲ καλὸν ἐνταῦθα ἄχρηστον. ταῦτα δὲ πάντα πρὸς τὸ ἀναχωρεῖν εἴρηται. διὸ καὶ Σωκράτης δύο καιροὺς πρός τινα γράφων λέγει, χρὴ εἰδέναι, περὶ ὧν ἀναγκαῖον εἰπεῖν, καὶ δεῖ, περὶ ὧν ἀκριβῶς ἐπίστασαι, ἐκ τοῦ Ὁμηρικοῦ Πολυδάμαντος διδαχθείς. Μεγίστην δὲ ἔμφασιν ἔχει τὸ νῦν, ὃ γὰρ ὑποβάλλει, τοιοῦτόν ἐστι· νῦν πορεύεσθε, μὴ περιμένητε τὴν μεθ᾽ ἡμέραν, ὁτὲ μὲν φεύγοντες, ὁτὲ δὲ διώκοντες φυγήν. τότε γὰρ πάντως φεύξεσθε βιασθέντες. ἄμεινον οὖν προνοῆσαι τῆς ἀσφαλείας καὶ προλαβεῖν τὸν κίνδυνον.

[Ad Il. Τ. v. 90.]

Στικτέον εἰς τὸ ῥέξαιμι, ἢ εἰς τὸ τέλος τοῦ στίχου. ἵν᾽ ᾖ οὗτος μὲν καθολικὸς ὁ λόγος, θεὸς τὸ πάντων ἔχει τέλος. τὸ δὲ ἑξῆς ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς, ἵνα εἴπῃ τό ἐστιν ὡς ἔθος. Τὴν δὲ διὰ ὁ μὲν Ἀσκαλωνίτης περισσὴν ἡγεῖται· ὁ δὲ Δίδυμος 248
σημαίνειν τὸ καθόλου· ὡς καὶ Διαλίτης, ὁ δι᾽ ὅλου ἁμαρτάνων, δι᾽ ἑαυτοῦ πάντα τελῶν. Λεσβοκλῆς δὲ διαιρεῖ τὸν σύνδεσμον, καὶ τὸ ἴα ὄνομα, ἵν᾽ ᾖ· μία δὲ θεὸς, ἢ εἴτε τὸ πάντων ἔχει τέλος.

[Ad Il. Υ. v. 404.]

Φασὶν ἐν Μιλήτῳ ἱερὸν Ποσειδῶνος Ἑλικῶνι ἱδρύεσθαι. σύνηθες δὲ τοῖς ἐκεῖ, καθ᾽ ἕκαστον ἔτος ἐγκυκλεῖν τὰς θυσίας τῷ θεῷ, σημεῖα λαμβάνουσιν ἀπὸ τῆς τῶν ταύρων ἐρυγῆς. βοώντων γὰρ τῶν ταύρων, δοκοῦσιν εὐμενῆ τε εἶναι τὸν θεὸν καὶ τὴν θυσίαν ἀσπάζεσθαι. εἰκότως δὲ οὗτος ἀνερυγγάνων τὸ αἷμα καὶ ὀξέως ἀποθνήσκει. τὴν γὰρ τραχεῖαν ἀρτηρίαν

διεκόπη, καὶ τὸν στόμαχον διήρηται, καὶ μέχρι δὲ τοῦ θυμοῦ φθάνει τὸ δόρυ. θυμὸς δέ ἐστι μεταξὺ τῶν κλειδῶν κείμενος ὑμὴν, πρὸς τὸ μὴ πλήττεσθαι ὑπὸ τοῦ ὀστοῦ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν.

[Ad Il. Φ. v. 235.]

Πάντα δ' ὄρινε.

Ἑλλάνικος ἐν δευτέρῳ Τρωϊκῶν· ὑπὸ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ἐν τῇ Ἴδῃ, ὅθεν γὰρ ὁ Σκάμανδρος τὸ ῥεῖθρον ὑπερβαλὼν, ὑπὸ τοῦ ὀμβρίου ὕδατος τὸ ἔχον κοῖλα χωρία ἐπῆλθεν, ἐν τῷ ῥοῒ τούτῳ ὁ Ἀχιλλεὺς ἡγούμενος τοῦ στρατοῦ πρῶτος ἐνέτυχε, καὶ δείσας τὸν ῥοῦν, μή τί μιν πημήνῃ, ἐν τῷ πεδίῳ πτελέας πεφυκυίας λαβόμενος ἐμετεώρισεν ἑαυτόν· οἱ δ' ἄλλοι προϊδόμενοι τὸν ῥοῦν ἐτράποντο, ὅπου ἐδύνατο ἕκαστος, ἄλλος ἄλλῃ, καὶ ἐπὶ τὰ τῶν ὀρῶν ὑπερέχοντα τοῦ πεδίου ἀνέβαινε. Σερούϊος δὲ ἐν τρίτῳ τῶν Τρωϊκῶν· πλῆθος δὲ νεκρῶν ἐσωρεύθη κατὰ τὸν ῥοῦν, εἶτα ἀνακοπτομένου τοῦ ῥεύματος, διὰ τὸ ἀποπεφράχθαι τὸν πόρον, ἐλιμνάζετο ὁ ποταμός.

249 [Ad Il. Χ. v. 80.]

Γυμνοῦσα τὸ περὶ τοὺς μαζοὺς κόλπωμα. καὶ αἶγας ἀνιεμένους, ἀντὶ τοῦ γυμνοῦντας καὶ ἐκδέροντας. κινητικὸν δὲ καὶ γραφικὸν τὸ σχῆμα. ἔδειξε δὲ, ὅσον φιλοτεκνότεραι γυναῖκες. ὁ μὲν γὰρ περὶ αὐτοῦ δέδιεν, ἡ δὲ περὶ παιδὸς καὶ ἄνω καὶ κάτω βοᾷ, φίλον θάλος, ὃν τέκον αὐτή. τῶν ἐπὶ τῇ πατρίδι δεινῶν ἐπιλησμονῇ. παρατηρητέον δὲ καὶ τὸ σχῆμα τοῦ λόγου, ἀπὸ μετοχῆς εἰς ῥῆμα μεταβαῖνον. ἀποκαλύπτει δὲ ὡς ἀπὸ τοῦ κόλπου τὰ γεννήσαντα καὶ θρέψαντα μέλη. Ἐλέγετο δὲ κόλπος τὸ ἐπάνω τῆς ζώνης κόλπωμα τοῦ πέπλου. ὅθεν καὶ προκόλπιον. περὶ γὰρ τὰς ὀσφῦς ἐζώννυντο.

FINIS

ANIMADVERSIONUM AD AMMONIUM.

CAROLI SEGAAR
EPISTOLA CRITICA
AD
VIRUM CELEBERRIMUM
LUDOV. CASP. VALCKENARIUM
COMPLECTENS
COLLATIONEM MANUSCRIPTI ETYMOLOGICI TRAIECTINI CUM AMMONIO, ET CUM ETYMOLOGICO MAGNO QUOD AD EXCERPTA, QUAE HABET, EX DICTIONARIO ECCLESIASTICO.

VIRO CELEBERRIMO 1*

LUDOV. CASP. VALCKENARIO

S. P. D.

CAROLUS SEGAAR.

Miraris forſan, inſcriptionem videns, Clariſſime Valcke-
nari, hominem Doctrinae Principis alumnum, graviſſimo-
que munere eccleſiaſtico occupatum, de Grammaticis Grae-
cis eſſe ſollicitum, artemque Criticam curare. Non certe,
quod in ea verſeris haereſi, Theologo haec eſſe indigna;
illum non decere e faſtigio, in quo collocatus eſt, ad has
ſe minutias demittere: contrarium docuiſti in elegantiſſima,
quam ante plures annos habuiſti, Oratione *de Sacra Novi
Foederis Critice, a Literatoribus, quos vocant, non exer-
cenda.* Verum, quod inter mei ordinis homines, qui harum
rerum ſatagant, reperiantur ſanequam pauciſſimi. Non
exigua horum pars (quae fundi noſtri calamitas) aliqua 2
Linguarum, quas dicunt, Originalium cognitione tincta,
atque eo usque iam progreſſa, ut Lexicis ſuis ſtrenue uti
queat, valde ſibi beata videtur: audias non raro iſtos homi-
nes coram plebe Chriſtiana Graeca, et Hebraica recitantes,
multaque de origine, ſignificatione, et emphaſi verborum,
locutionumque ſacrarum, garrientes, quo ita ſcilicet a vulgo
pro Viris perquam doctis habeantur. Verum dantur prae-
ter haec nominis Theologici opprobria Viri egregii, Regi-
nae ſcientiarum decora, omnium omnique laude digni, qui
his ſtudiis minus favere videntur, Literatoribus ſaltem ea
committunt, et quod ad Criticen adtinet, eam, ſi non per-
nicioſam, Theologo ſaltem inutilem eſſe arbitrantur, fiden-
terque pronunciant. Non equidem is ſum, qui inficier,

* Numeri marginibus additi indicant paginas editionis Traiectinae.

et quis hoc neget? dari, qui praeſtantiſſima arte turpiter
abutantur; ſed optima abuſu fiunt peſſima. Omninò hic
locum habet, quod veriſſime dixit Archilochus: *Και φρο-
νευσι τοια ὁκοιοις εσκυρεωσιν εργματα*, vel *εργμασι*, ut
recte legendum cenſuit *H. Stephanus*. Ars Critica ſevera
lege tractata Theoſophiae ſtudioſo non tantum maximi uſus
3 eſt, ſed et plane neceſſaria. Hoc mihi tam certum, quam
quod certiſſimum. Publicus in Eccleſia Doctor eſt mentis
Divinae interpres. Mentem Divinam itaque bene percipiat
oportet; hanc quomodo bene percipiet, niſi pulcre calleat
linguam, qua ſuam mentem expoſuit benigniſſimum Numen?
Debet mentem Dei explicare; omnis autem ſolida
interpretatio, quae *realis* dicitur, erudita nititur interpretatione
Grammatica; atque huius initium a genuinae lectionis
cura et iudicio proficiſci debet: ſi itaque Theologum,
qui in re ſummi momenti, qualis haec eſt, non alienis, ſed
ſuis oculis videre debet, non neceſſe ſit eſſe et agere criticum,
iam nihil intelligo. Haec, Vir Praeſtantiſſime,
mihi toties, et tam graviter a Maximis Viris, *Schultenſio*
et *Hemſterhuſio*, inculcata, ut imis infixa haereant medullis:
unde et ſemper, quantum munia Sacra concederent,
his Muſis operatus ſum. Verum enimvero quorſum abripior?
Prima oris apertione veniam a Te petere debueram,
quod ego, obſcurum in Republica literaria nomen, Te publice
compellare, atque de illo eruditionis genere Tecum
4 agere audeam, in quo, omnium conſenſu, neminem
agnoſcis ſuperiorem. Fateor. Verum humanitate Tua
fretus culpam minus deprecor. Scias tamen oportet, qua
ratione inpulſus id facere in animum induxerim. Non
ita pridem ſcilicet, Vir Clariſſime, evolvere coepi *Etymologicum
Manuſcriptum*, quod extat in Bibliotheca noſtra
Traiectina, et cui haec eſt inſcriptio: *Etymologicum valde
inſigne Soc.* *tis* *Ieſu Ant. B. P.* Pauca tantum legeram, et
ecce videbam, varias *verborum differentias*, quas notaverat
Ammonius, et hic reperiri. Mox utriusque adcuratius conferendi
conſilium cepi. Aliquantulum in opere progreſſus
lego apud ſummum Virum, *Weſſelingium*, quem nobis
ereptum adhuc dolemus, ad Herodot. *p.* 370. „*Ammonius:*

„*μαστος μεν γαρ εστιν ὁ γυναικειος κυριως· δια το ειναι* „*μεστος γαλακτος*, in Codice Bibliothecae Trai.“ Nota calcar addit ad inchoatam collationem abſolvendam. Curſum tamen nonnihil reprimebat, quod paulo poſt, clariſſimum *Abreſchium* in Dilucidat. Thucyd. variis locis Manuſcriptum noſtrum cum *Ammonio* iam contuliſſe, cernerem. Verum, re curatius perpenſa, ab incoepto mihi non eſſe deſiſtendum, iudicavi. Reſtabant nimirum adhuc lon- 5
ge plurima, quae faciebant ad *Ammonium* vel illuſtrandum, vel emendandum, vel augendum. Cogitabam ſubinde mecum, an haec *Obſervationibus*, quas cum maxime in *S. Lucam* edo, corollarii loco ſubiungerem; ſed animum advertens, *Ammonium* eſſe, quem Tu, Vir eruditiſſime, primum ſinu Tuo receperas, teneraque cura foveras, atque dein multo pulcriorem, auctiorem, ornatioremque foras prodire iuſſeras, ad Te hoc qualecumque meae diligentiae ſpecimen pertinere omnino arbitrabar. Et ut quod res eſt dicam, gaudebam ſane, hic mihi aliquam dari occaſionem publice teſtificandi, quanto opere in Te ſuſpiciam acerrimum ingenium, iudicium limatiſſimum, eruditionem ſummam, illam denique Graecae Literaturae peritiam, ut in ea, *Hemſterhuſiis*, et *Weſſelingiis* mortuis, iam principatum teneas. His, quemadmodum par erat, dictis, bona Tua venia ad rem ipſam. Non ingratum Tibi fore puto, eximie Valckenari, ſi in collatione mea initium faciam ab illis Manuſcripti noſtri locis, quibus firmantur cum meliores, quas vel ſervaſti, vel Ammonio reddidiſti, lectiones, tum 6
emendationes, coniecturaeque, quas vel aliorum Grammaticorum collatio, vel iudicii critici acumen Tibi ſubminiſtrabat. In *Αιδως κ. Α.* pro *ὡς σεβομενως τ. ε.* ex *Ptol. Aſcal.* ſchedis malebas, *ὡν σεβασμιως τ. ε.* Noſter, parvo diſcrimine, *ὁν τις σεβασμιως εχει.* Cetera hic ſatis vitioſa: in fine tamen eſt illud *δε*, quod Tu probabas. In *Αποκηρυκτος* pro *επι αδικηματι*, *επ᾽ αδικημασι.* Pro *Γαμηλιος κ. Ε.*, *Γαμηλιον και Επιθαλαμιον*, et deinde, omiſſo *ου*, quod Ammonius habet, *ὁ περιωριϛαι.* In *Ενθυμημα κ. Ε.*, ubi vulgatae *ποιον λογον σχημα*, praeferebas *ποιον λ. σχ.* Trai. habet *ποιονου λ. σχ.* Duplex, niſi fallor, olim

hic obtinuit ſcriptio, quam in ſuo Codice ita repraeſentatam invenit exſcriptor,
ου
ποιον; utramque ille coniunxit, et inde confecit illud *ποιονου*. Conſimile huic exemplum dabit Cl. *Kulenkamp* in Specimine Emend. etc. pag. 32. Aliis tamen locis hanc unam alteramve ſyllabam ſuperſcribendi methodum bene ſervavit, ut v. *Ενυαλιον. cet.* In *Επικηδιος, Επικηδειον*, quod aliquoties in hac nota reſtituendum eſſe monebas. In *Επιτιμος κ. Ε.* articulum, quem deſiderabas, addit, ſcribens, *ὁ εντιμος;* verum *επι-*
7 *τιμησον αυτον*, ut Ammonius. In *Ερωτησις, εξετασις;* ſed *ὑποδεεστερων*. In *Ευμορφος, μορφάζειν*. In *Ευθυς, Ε. κ. Ε.* pro *αυτων, αντι του*, ut Tu emendandum obſervabas. Locum Noſtri iam exhibuit *Abreſchius* Dilucid. Thucyd. pag. 798. quocum conf. Cl. *Erneſti* ad Callim. H. in Apoll. v. 103. Nonnulla quoque de uſu v. *Ευθυ* poſt Te notavit eruditiſſ. *Toup.* Emend. in Suidam P. II. p. 158. In *Λεχος κ. Ε.* quoque *Δεμνια*. In *Μεταβαλλεσθαι κ. λ.* perinde ac *Cyrillus*, niſi quod et poſteriori loco habeat *μεταβαλειν:* in ſeqq. autem non *μεταμορφουσθαι cet.* ſed *μεταμορφωσις, αλλοιωσις, ἑτεροιωσις*. In *Νεαρον* etiam *δυναται δε και ν.* ſed *ἁλσι*, omiſſo *τῳ, πεπασμενων*. Reſtituatur iam, ſi Tibi placeat, illud *ἁλσι πεπασμενων* *Heſychio*, v. *Νεαλεις*, pro *ἁλσι πατουμενων*. In v. *Οβελος, διαπειρονται*, quod margini a Principe Viro adſcriptum Tu in textum reſtituebas. In *Ὁλμος* quoque *Μυρεψικα*. Turbatiſſimum locum in v. *Πασχειν* ea ratione exhibet Noſter, qua a *Scaligero* erat emendatus, niſi quod poſt *διαφερει* male habeat, *και ὁ πασχων Πασχοντος*, et *ὁ συμπασχων* poſt *ου μεν τοι* repetat. In *Πλειν* pro *το*
8 *περι σκαφος αναστρεφεσθαι* Tibi, ingenioſiſſime Valckenari, legendum videbatur, *το επι σκαφους αναστ.* Cl. *Abreſch* Lection. Ariſtaen. p. 75. malebat *περιξ σ. α.* verum pro Te facit Trai., qui habet, quod Tu coniectabas. In *Ποι* in fine etiam *Πω*. In *Συμβουλη, λεγομενον*. In *Ταπητες, μαλλον*. In *Τουνεκα, α. τ. κα, κεν*. Iam ad alia. Dantur ſcilicet in Noſtro et aliae quam in Ammonio lectiones, et nonnullae certe meliores. In *Αρτι κ. Α.* habet,

το αρτιως επι του απηρτισμενου τελειως εργον, ubi illud
τελειως melius locatum. In Αραχνη κ. Α. ita. Αραχνη
Αραχνου διαφερει. Αραχνη μεν γαρ, inquit, εστι το λε-
πτοτατον υφασμα του ζωου, τουτ' εστι, του αραχνου. (hoc
facile carere possumus.) Αραχνης δε εστιν αυτο το ζωον
αρσενικως εκφωνουμενον. Similiter, ut video, *Eranius*,
quem Tu Ammonio comitem dedisti. In Αρρωδειν in loco
Euripidis cum eodem, et *Stobaeo* πεπραγοτων. In Βοος
κ. Β. ὁ επι νεκρου. In Βουλει, οἱονει, εαν βουλη πορευο-
μεθα. In Γερων, εν δε Κρητη. In Γραμμα, αλλα πολ-
λων γραμματων εμπειρος εστι, unde Cl. *Abresch* Dilucid.
Thucyd. p. 516. pro το των πολλων substituebat τον πολ-
λων. In Δουλοι κ. Ο., ὑπο βασιλεως. In Εχθρος, πολε-
μιος δε ὁ μεθ' ὁπλων χωρων προς τον πελας. In Θεημα-
χια, θεομαχια ἡ αυτων τ. θ. π. α. μ. In Ιταλοι in fine 9
το αυτο και επι των Σικελων και Σικελιωτων. In Μαζος,
ut iam vidimus, ὁ γυναικειος κυριως· δια το ειναι μ. γ.
In Πατρια, Πατρωα, και Πατρικοι, 'και Πατρια διαφερει.
Sequentia sic ordine se invicem excipiunt. Hic vero οἱ
φιλοι, et τα της πατριδος εθη. In Πειρα κ. Π. pro
δερμα τι, δερματιον. In Πομα, το ἁπλουν δια το (τον)
ο μικρον· εν δε συνθεσει δια του ω μεγαλου, οἱον γαλα-
κτοπωτης, οινοπωτης, ὑδροπωτης, και τα ομοια. Ad lo-
cum desperatum liceat Tibi, sagacissime Valckenari, pro-
ponere, quod mihi in mentem venit. Suspicor nempe,
Grammaticos in hoc decreto non adeo ipsum πομα et πωμα
spectasse, quam quidem vocabula ποτης et πωτης, atque ita
rem percepisse, voces illas sequi rationem του πομα et πω-
μα, et ita quidem, ut simplicia tantum per ο, composita
autem etiam per ω dicantur. Quorsum enim ceteroquin
illa exempla, γαλακτοπωτης, γαλακτοπωτειν etc.? Etymol.
M. v. Φιλοποτης· Φιλοποτης μεν δια του ο μικρου, ὁ φι-
λων ποτους, και συμποσια. Φιλοπωτης δε δια του ω με-
γαλου ὁ φιλων πολλα πινειν· πωμα γαρ τον ποτον (το
ποτον) και ου πομα. Nescio, an praestantissimus Sylbur-
gius recte mutatum voluerit, censueritque, legendum πομα 10
γαρ το ποτον, και ου πωμα. Vid. Ammon. in Ποτος
και Ποτὸς, ubi Ποτὸς αυτο το εκπομα exponit. Con-

iicio hinc, et voluisse dici *γαλακτοπωτης*, *οινοπωτης*, *ὑδροπωτης*, ad denotandos homines, qui *multum* lactis, vini, aquae bibunt. Haec si ita se haberent, forte stare posset, quod Noster habet, vel saltem iuvari, addendo voculam *και* ante *δια του ω μεγαλου*. Verum haec nil nisi coniectura. Pergamus. In *Προξενος* pro *αλεες γαρ ξενιων*, MS. *άλους γαρ και ξενιων*, ut emendabat Cl. *Arnaldus*, et pro *μναδην ἡ τεταγμενη*, *μνα δε ἡ τετ.* id quod iam notavit Cl. *Abresch.* Dilucid. Thucyd. p. 275. In *Σημειον κ. Τ. παρωχηκοτα* et *πισθουσθαι* (pro *πιστουσθαι*). In *Σκωμμα*, *γεφυρισμου* et *γεφυρισμος*, quod et Tu malebas; ultimam vero notae partem ita exhibet: *γεφυρίσμος δε απο τους εν ταις Αθηναις επιγραφειν τινα επι γεφυρων μετρα διασυρμους τινων περισχοντα.* Nonnulla ad h. l. in *Animadv.* notasti: conferre licet Cl. *Oudendorp.* ad Thom. in v. In *Συμμαχειν κ. Ε. Συμμαχειν μεν γαρ εστι το συν αυτοις ειναι. Επιμαχειν δε ειτε τοις αυτοις, ειτε αυτοι ἑτεροις επιστρατευοιεν.* an, *ειτε αυτοις ἑτεροι*, *ειτε α. ἑ. ε.?* Nosti, Vir clarissime, quae ad hunc locum scripsit
11 *Abreschius* Dilucid. Thucyd. p. 51. In *Συγγραμμα*, *Συγγραμμα Συνταγματος διαφερει*, quomodo legendum esse, ex ipso orationis contextu esse perspicuum, iam observavit Cl. *Sallierius* ad Thom. v. *Συγγραφευς*. In *Συμβουλη*, pro *πολεμον — ει συμφερει*, *πολει — εισφερει*. In *Τεχνιτης*, *βαναυσος δε ὁ χωρις λογου επιτηδευων*. In *Τιθησι*, pro *αἱρουμενοι*, *τιμωρουμενοι*. In *Τοὔνεκα*, in fragmento *Callimachi αιγεος*. In *Ὑποψια*, *δοξα και επι*, male autem *των χειρων*, pro *το χειρον*: in priori parte cum *Herennio* convenit. In *Ὑπαγειν*, *βουν η ἱππον:* locum autem *Aristophanis* ita habet: *Σὺ δ' ὑπαγεις τον ὁρκον*, *αντι του*, *επαγη*, vitiose certe pro *επαγεις*. Hoc sane notatu dignum. In verbis *Eupolidis* pro *ὑπαγε*, *ὑπαγεις*. In *Φασκωλος*, *ἱματιον φορις*. In *Φωλεος*, *λεγων νεοσσοι αντι του τεκνα α.* Ad hanc classem referre etiam licet, quod Noster alia nonnunquam Scriptorum nomina habeat, quam Ammonius. Duobus saltem locis id observavi. Voce *Αρρωστος*, pro *ὡς Αριστοφανὴς φησι*, dat *οὑτως Αριστοτελης*· et V. *Γερων* pro *Αριστωνος*, *Αρισταρχου*. Con-

mode iam in hunc locum incidimus; sterilitas enim collationis aliquantulum sublevanda videtur. Quae hic notat Ammonius, mihi in mentem revocant locum *Aeliani* male 12
adfectum, cui opportunam opem adferre lubet. Exstat in *H. V. L.* II. *C.* 33. *Αθηναιοι δε*, ait, *τον Κηφισσον ανδρα μεν δεικνυουσιν εν τιμη, κερατα δε ὑποφαινοντα.* Ita habet nempe vulgata lectio. Defendit eam Cl. *Perizonius;* verum, quae adfert Vir eximius, ab hoc loco sunt aliena. Aliam itaque viam ingressus est Vir egregius in *Obsc. Misc. Vol.* III. *pag.* 88. sed vereor admodum, ut et ille acu rem tetigerit. Nec mirum; certissime enim, si quid iudico, locus est corruptus. Vidit id iam, quo erat acumine, *Tanaq. Faber.* Substituebat hic pro *εν τιμη*, *εντελη, ανδρα εντελη, virum perfectum.* Verum, an Tu, mi Valckenari, qui omnes Literaturae Graecae recessus tenes, nosti, Graecos hoc sensu usurpare v. *εντελης?* id ipsis certe *τελειος*. Quid ergo? Vera, nisi me omnia fallant, Aeliani manus est, *εν ἡβη*. Quam facile *β* in *μ* et *η* in *τι* abire potuerit, non tantum Tu probe intelligis; sed et omnes, qui unquam Manuscriptos Codices versarunt. Ad rem illud *Euripidis* Alcest. v. 711. *Ταυτον γαρ ἡβωντ᾽ ανδρα και πρεσβυν θανειν; Δεικνυναι* pictorum fictorumve est, qui expressissima similitudine imagines animant: ut docuit Literatorum Princeps ad Luciani Somnium *pag.* 11. 13
Ὑποφαινειν κερατα est initia cornuum tantum praeferre. Eximie iam Aelianus: *Αθηναιοι τον Κηφισσον ανδρα μεν δεικνυουσιν εν ἡβη, κερατα δε ὑποφαινοντα.* Ex hoc diverticulo in viam. V. *Γερων* Noster post *μετεχειν* eadem subiungit, quae *Eustathius*, nisi quod pro *Θρακες* scribat *Καδες*. Sunt in Trai. plura additamenta, et quaedam non contemnenda; loca etiam, ut hoc addam, nonnulla, ubi paulo plenius, paulo interdum et aliter, quam Ammonius. Ita v. *Αγροικος*, *Αγροικος μεν βαρυτονως*, inquit, *ὁ ἡμερος* (leg. certe *ὁ μη ἡμερος*, vel *ὁ ανημερος*. conf. Etym. M. v. *αγριος*.) *ισως ὁ αγριος·* (*ισος τῳ αγριος Eranius*) *αγροικος ὁ αμαθης και απαιδευτος· αγροῖκος ὁ εν αγρῳ διαιτουμενος* (*διαιτωμενος*). In *Ἀλιπαστον* pro *ὡς τινων φθονερων τουτο ποιουντων* haec habet: *των δε αρχαιων*

τινων βαρβαρων διακειμενων προς τους Ἑλληνας, τας χωρας αυτων ἁλσι κατησπειρον (κατεσπειρον) εις το μηκετι δυνασθαι φερειν καρπους. Vides idem propemodum, ac quod *Eranius* habet. In *Αποκηρυκτος* poſt verba *εκποιητος δε ὁ δοθεις ἑτερῳ, οὑτως Ερατοσθενης.* In *Αποφορα κ. Ε. Το δε ὑπο των πολιτων δημοσιᾳ διδομενον αποτελεσμα και εισφορα.* conf. Heſych. v. *εισφορα. Eranius*
14 *τελος.* Expungatur illud *και.* In *Ασφοδελος, Ασφόδελον και ασφοδελον διαφερει παρα τοις Αττικοις. Ασφοδελον μεν γαρ βαρυτονως ο* (del.) *σημαινει το φυτον παρα τοις παλαιοις. Ασφοδελον δε οξυτονως τον τοπον, εν ᾧ ασφοδελοι γινονται.* conf. id. *Eranius.* In *Αστρον, Αστρον μεν γαρ εστιν ὁλον το ζωδιον, το εκ πολλων αστερων συνεστηκος, οἱον αρκτος, (αρκτος) αστηρ δε ἑκαστος των εν τῳ ζωδιῳ ὑπαρχοντων. ὡς, ὁταν λεγομεν την αρκτον εξ αστερων συγκειμενην.* In *Ατεχνως, περισπωμενως δε το αδολως και απλαστως· τεχνη γαρ ὁ δολος. Και Ὁμηρος*

—— *Αμφι δε δεσμοι τεχνηεντες εχοιντο.*

τουτ᾽ εστι δολεροι· σημαινει δε και το ἁπλως, καθαπαξ· οἱ δε ισῳ τῳ οντι και τῃ αληθειᾳ· οἱ δε το παραπαν, καθολον. Convenit tantum non, ut ſaepius, cum *Etym. M.* Locus *Homeri,* quem reſpicit, eſt Odyſſ. *Θ.* v. 296. ubi *Αμφι δε δεσμοι Τεχνηεντες εχυντο π. Ἡ. Εχυντο* quoque habet *Etym. M.;* ſed et aliam lectionem *εχον,* ut monuit adcuratiſſimus Sylburgius. Quid, ſi ex collatione Noſtri et Etymol. colligamus, duplicem olim in Homero exſtitiſſe lectionem *εχυντο,* et *εχοντο?* Tu, *Ὁμηρικωτατε* Valckenari, iudica. In *Βλυειν, ὁτι το μεν βρυειν επι*
